

explicatur, & limitatur.

VII Priuilegium exemptionis gabellarum, quas solemnitates debet habere.

VIII Res iudicata super solutione gabellæ, facit ius quoad omnes.

IX Guid. Papa decis. 549. exornatur.

Intendit Regius Fiscus, & administratores vectigalis olei, infirmam esse sententiam Consilij Regij patrimonij, in qua Monasterium fuit absolutum à petitione administratorum in quantum pretendebant posse exigere ab emptoribus olei venditi per Monasterium dimidiam gabellam, non obstantibus priuilegijs, & exemptionibus à Monasterio allegatis.

Et in fauorem Regij Fiscij, & deputatorum vectigalis olei faciunt sequentia fundamenta.

2 Primum fundamentum elicitur ex *l. 3. tit. 17. lib. 9. Recopilat. vbi* (attenta consuetudine obseruata in ciuitate Hispalensi) constituitur, quod venditor soluat medietatem gabellæ olei ab eovenditi, & aliam medietatem emptor, in illis verbis: *Pero figuiendo en quanto à los azeytes que se vendieren, y compraren en la ciudad de Sevilla, lo que en ella siempre se ha usado, Mandamos y es nuestra merced, que pague la mitad de la alcauala dellas el vendedor, y el comprador la otra mitad.*

Et secundum hanc legem Fiscus habet suam intentionem fundatam contra emptorem olei, vt soluat dimidiam gabellam, & vt notat Azeuedo *in dict. l. 3.* cum hæc consuetudo sit approbata à lege, non requiritur eius probatio in qualibet lite, in qua petitur ab emptore medietas gabellæ.

3 Non obstat quod à Monasterio allegatur ad hoc, vt emptor exemptus sit à solutione dimidiæ gabellæ olei per illud venditi, dum fundamentum facit in dispositionibus iuris Canonici, & Regij, in quibus est exemptum à solutione gabellæ, & qua ratione non potest directè grauari aliqua impositione, aut tributo, ita nec indirectè compulso olei emptore ad solutionem gabellæ, vt notat Matienço *in l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopil. glos. 5. num. 3.* Azeuedo *in l. 8. tit. 13. lib. 9. Recopilat. nu. 2.* & etiam dicit, quod si hæc lex emptori olei Monasterij applicaretur, indirectè grauaretur in pretio principali olei, quia emptores tantò minus pretium pro oleo soluerent Monasterio, quãtò valeat medietas gabellæ: quod grauamen est indirectum, & non potest Ecclesiæ imponi, vt per Bald. *consil. 31 statuto ciuitatis Astensis cauetur l. b. 1. vbi per varia fundamenta resol-*

uit simile statutum esse contra libertatem Ecclesiæ.

4 Et hæc resolutio Baldi & Menochij *consil. 136. volum. 2.* & aliorum eam sequentium fuit (ni fallor) fundamentum principale sententiæ visionis, & sic punctus difficultatis consistit in inquirenda & excludenda Baldi resolutione, & quidem ei pro Fisco multipliciter respondetur.

5 Primo, quia immunitas concessa Ecclesiæ circa solutionem gabellarum, est personalis data bonis ratione personæ, & non bonis absolutè, taliter quòd si transeunt in tertium, non gaudent priuilegio Ecclesiæ, *glossa in Clement. presentis de censibus, verbo non negotiandi, quam sequuntur omnes hucusque, & aduertit Barbosa in collectanea ibi n. 3. Bardelon cons. 31. n. 6 & 12. Bursat. cons. 758. n. 24. cum seqq. Gloritis responso 5. n. 34.*

6 Ex quo sequitur, quòd emptor Ecclesiæ debet soluere gabellam reivenditæ, quia hoc grauamen est impositum rei, & licet Ecclesia sit exempta quoad portionem suam, non extenditur exemptio ad emptorem, quia priuilegium cessat statim, ac res exit à dominio Ecclesiæ, *l. Paulus aliàs per procuratorem, ff. de acquirenda heredit. l. 1. in fine, C. de imponend. lucrat. de script lib. 10 vbi resoluitur bona translata in personam priuilegiatam amittere suam qualitatem, Gloritis responso 5. nu. 34. & 35.*

7 Et in nostra specie, circa immunitatem à gabellis est textus expressus *in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publican. vbi probatur immunitatem concessam Fisco non extendi ad emptorem, qui debet soluere gabellam ex contractu factò cum Fisco, & Bartol & Albericus in dict. §. mercatores, dicunt hanc quæstionem accidisse in salinis, quas Ecclesia Romana habet in Prouincia Romandiolæ, in quibus emptores salis intendebant se esse exemptos à gabella debita pro dicto sale, & resoluunt talem exemptionem eis non competere: sequitur Paulus ibi nu. 2. Tiraquel *de retract. lignagier. §. 1. glos. 13. num. 12. pag. 224. Ferrara in praxi in libello, quo agitur super solutione pedagiorum, glos. ultim. verbo ceciderunt in commissum nu. 8. pag. mini 122. vbi sequitur doctrinam Bart. in dict. §. mercatores, & in his terminis decisa est quæstio contra emptores reivenditæ à Clericis, qui tenentur, non obstante priuilegio clericali, soluere pedagia, & collectas, vt per Barbof. in l. quia tale, soluto matrimonio, num. 42. post princip. Bobadilla in Politic. tom. 2. lib. 5. c. 6. n. 31. pag. mihi 1097. Molina in emporio iuris 1. p. tit. 9 in præmissis n. 112. Marra de iurisdic. Eccles. p. 4. casu 112. n. 2. 3. & 4. Grasis de effectibus clericatus effectus 3. n. 88 & seqq. Bonac. in tract. de censur. in Bul. Cæne disputat. 1. q. 19. punct. 3. §. 1. nu. 20. & 21. pag. 184. Belleradifquisit. clerical. tit. de exemptione clericorum, §. 4. n. 4. & 5. pag. 361. & 5. n. 2. & 3. pag. 367. Bar-**

Barbol. de iure Eccles. lib. 1. tit. de privileg. cleric. cap. 9. §. 5. nu. 59. pag. 454. Ceuall. in tract. de vi. tit. pag. 2. q. 50. ex nu. 13. Glorit. respons. 5. n. 36. v. que ad 38. Personalis de gabellis n. 84. & 85. pag. mihi 250. Sixtin. de regalib. lib. 2. c. 6. n. 136. 137. Azorp. 3. instit. moral. lib. 3. c. 20. vers. Secundo queritur pag. 340. vbi in terminis dicit euentes fructus ab Ecclesia debere soluere gabellam, quia privilegium Ecclesie est personale, & non transit cum re empta.

8 Nec in hac causa adduci potest in contrarium Bart. resolutio in d. §. mercatores, quatenus dicit, quod si privilegium venditoris est reale, transit ad emptorem, ut fruatur immunitate eius, & cum privilegium Monasterii sit reale, emptores eo debent gaudere.

9 Cui satisficit. Primum ex dictis supra nu. 5. vbi probauimus immunitatem Ecclesie concessam, esse personale datam personae pro rebus, & ad hoc ut immunitas sit realis, requiritur quod privilegium principaliter dirigatur ad rem, prout quando dicitur, Eximo pradia, & sic exempta concedo. Tertio, tunc enim ex prio tanquam pradijs concessa transit ad quem cumque eorum possessorem, l. 3. §. fin. l. 4. §. quamquam, ff. de censibus, Din. in cap. privilegium nu. 10. de regulis iuris in 6 Menoch. lib. 3. presumpt. 103 n. 26. Rota per Farin. decis. 234. nu. 23. & 24. tom. 2. in posthum. in cuius specie Pontifex exemit certa pradia, & ea concessit cuidam religioni, & quia extincta fuit, iterum ea concessit cum eisdem qualitatibus alijs personis, & resoluit Rota dicta pradia frui debere eadem exemptione, quia fuit realis, & concessa principaliter pradijs. Hanc distinctionem sequitur Barbol. in collectanea ad cap. privilegium de regal. iur. in 6 n. 10. Brito de locato 3. p. c. 2. n. 41. folio 264. col. 3. Marra voto 66. Rota apud Puteum decis. 50. lib. 2. in 2. editione, Farinac. decis. 718. tom. 1. in posthum. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disput. 15. q. 13. n. 32. vers. Contrarium tamen pag. 210. Barbol. de Parocho cap. 28. §. 3. n. 40. & de iure Ecclesie p. 2. cap. 27. n. 18. 19. & sequ. pag. 966. qui resolunt omnia privilegia concessa religionibus super exemptione decimarum esse personalia concessa religionibus ratione bonorum, & non bonis principaliter, & sic colonos illis non frui: quod nouissime sequitur Trullench. ad precepta Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 3. dubio II. n. 4. pag. 611. Et in erectione in comitatum alicuius villae, aut territorij, quod concessio sit realis, & qui libet successor sit comes, probat Giurba de success. feud. §. 1. glof. 3. n. 40. pag. mihi 90.

10 Et hoc est decisum in colonis, & emphyteotibus Ecclesie, qui non fruuntur immunitate Ecclesie concessa, & tenentur soluere collectas suae portionis colonice, quia ad eos non transit privilegium, vt probat Glof. in d. Clement. present. de censibus, verbo non negotiandi, Thesaur. decis. 116. per tot. Menoch. casu

562. n. 36. vbi pro hac opinione refert 26. Doctores, Ceuall. quest. 727. per tot. precipue nu. 18. vbi dicit de hac opinione non posse in Hispania dubitari, ex l. 55. tit. 6. p. 1. & rursus ipse Ceuall. in tract. de violentia 2. p. q. 50. nu. 8. & per tot. & ex nu. 31. adducit litem agitam inter Collegium Societatis Iesu Toleranum, & dignitatem Archiepiscopalem super decimis loci de Casus Buenas, in qua intendebat Collegium dictas decimas ad se pertinere ratione suorum privilegiorum: & resolutum fuit contra Collegium, ex eo quod privilegium erat personale, quia concessum religioni ratione bonorum, & non ipsi bonis absolute: idem tradit Carrot. de locato titulo de collectis, n. 30. versic. Limitatur sexto fol. 218. vbi plures pro hac sententia refert, Gutier. pract. lib. 4. q. 39. ex n. 4. & per tot. Flores de Mena in tractat. de collectis nu. 65. 207. cum seqq. Bellesta disquisit. clerical. tit. de exemptione clericorum, §. 8. in princip. pag. 366. Barbol. d. §. 5. num. 62. pag. 455. Squillante de privileg. clericorum cap. 8. nu. 29. Amicus de iure emphyteot. q. 10. ex n. 5. Hodier na ad Sura decis. 1. n. 6. Glorit. respons. 5. n. 39. & 40. Trullench. d. dub. 11. n. 3.

11 Secundo respondetur Bart. doctrinae ex l. 4. tit. 17. lib. 7. Recopil. l. 3. tit. 18. eod. libro, dum probat exemptiones Fisci non prodasse emptoribus olei Hispanens. quia dubitari poterat Fisci privilegio praedictum resultare ex eo quod emptor gabellam olei solueret, cum in tanto minus oleum vendat, & hoc praedictio incidenti non obstante, gabellam solui debere decidunt illud non attendentes.

Et non obstat contra hoc replicare, quod istae leges non applicantur emptoribus Ecclesie, quia Fisci nullum praedictum sequitur, si emptor soluat gabellam, quia in quocumque euentu eam habiturus est, quod non procedit in Ecclesia, quia si emptor soluat gabellam, tunc minus vendit Ecclesia suos fructus.

12 Quia respondetur, quod istae leges probant istud interesse esse remotum, & incidens, & sic non praedictum exemptioni, quia non semper gabellae pertinent ad Fiscum, sed ad personas particulares per exemptionem, aut aliter: & nihilominus non poterat dici Fiscum habere interesse in eo quod suus emptor solueret gabellam.

13 Tertio respondetur ex expressa l. 8. tit. 18. lib. 9. Recop. in qua deciditur non esse contra libertatem Ecclesiasticam, quod venditores laici soluant gabellam de rebus venditis Clericis, & personis Ecclesiasticis, etiam si allegent, quod per hoc onus emanat eas carius a laicis, ac per consequens esse contra libertatem Ecclesiasticam: quia hoc praedictum non venit in considerationem, cum sit remotum, & incidens, cum Princeps secularis possit legem condere contra suos subditos, & non ex hoc contrauenitur libertati Ecclesiasticae, & ita

ita pro ratione illius, l. 8. obseruat Azeued. *ibi nu. 5 cum duob. seqq.* vbi dicit, quod si secundum communem opinionem emptores ab Ecclesia debent soluere gabellam, a fortiori debent soluere venditores, licet vendant res personis Ecclesiasticis, Lafarte *de decim. vendit. cap. 19. n. 10. & seqq.* vbi affert aliam rationem l. 8. nepe quod haec lex potuit fieri contra laicos, etiam si emant clerici carius ab istis venditoribus, quia quare ratione quando clerici emunt aliquas merces, de quibus iam fuit soluta gabella, & propter hoc carius vendantur, non possunt clerici conqueri de isto prauidicio remoto, eadem ratione conqueri non possunt, quia venditores soluant gabellam vt per Molin *de iust. & iure tom. 3. tract. 2. disp. 663. n. 5. vers. Ex eo autem pagin. mihi 210. Enriq. in summ. lib. 10. cap. 15. n. 6. glas. lit. V. Rodrig. to. 4. summ. c. 166. n. 7. & q. regul. tom. 3. q. 74. art. 7. & nouissime Sanch. in opuscul. moralib. lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 40. pag. 395. qui melius omnibus, nostram conclusionem extendit, & resoluit in hunc modum, Thoro *voto decisivo 18. n. 14. & seqq.**

14 Et non obstabit, si dicatur casui nostro non adaptari l. 8. quia emere est actus voluntarius, vendere autem necessarius: quia responderetur, quod clerici tenentur ad sui sustentationem fructus emere necessarios ad victum, & sic l. 8. casui nostro adaptatur, quia considerat istud prauidicium esse remotum, & in consequentiam.

15 Quarto responderetur, quia soluere emptorem gabellam prouenit ex contractu per eum celebrato, & onere ei imposito, ex quo Ecclesia nullum prauidicium afferri potest, quia gabella non dicitur pretium, nec pars pretij, sed tantum nomine, vt obseruat Valasc. *to. 1. consultat. 70. n. 14. Parlador. lib. 1. reru. quotidian. cap. 3. §. 1. n. 21. in fin. Gratian. tom. 2. c. 258. n. 42. Castill. decis. 117. n. 12. Comitol. resp. moral. lib. 4. q. 39. n. 3. Ergo potest separari a pretio, nec venditor iuste ex ista separatione conqueri potest, nam cum gabella non sit pars pretij, ad eum non potest pertinere, & si ne gabella iam ipse obtinet iustam pretiam: recte notat Felician *de censibus tom. 1. lib. 2. c. 1. n. 14. Azeuedo in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. n. 81. Aucend. de censib. c. 28. n. 4. qui loquitur quod onus gabellae debita per venditorem transfertur in emptorem, quod non dicatur pars pretij, nec onus contractus, quia ex huiusmodi onere adiecto emptioni, vel venditioni, nihil commodi actu percipiunt emptor, aut venditor, & ita non habetur loco pretij, tunc enim onus gabellae pars pretij esse dicitur, quando inest rei, vel quando aliquid commodi ex eo peruenit ad emptorem, vel venditorem, quod etiam tradit Mangil. *de euiction. q. 95. nu. 16. cum seqq.* vbi resoluit, quod haec onera gabellae & vigesimae, quae remanent soluenda per empto-**

rem, non trahuntur in consequentiam ad lationem pretij contractus.

16 Et in nostris terminis hoc probat Cephal. *conf. 553. n. 6. lib. 4. vbi dicitur, quod gabella non est onus rei, sed solemnitas conuentionis, & onus consecutiuum contractus, & ideo priuilegium exemptionis non infringitur ex eo quod emptores soluant gabellam, sequitur Surd. conf. 313. n. 91. Gratian. discept. forens. lib. 1. c. 11. n. 3. & 4.*

17 Quinto, responsio Bart. colligitur ex Glorioso *responsio 5. per tot. praecipue ex nu. 67. cum seqq. & n. 78. vbi dicit, quod aut venditio celebratur minutatim, aut amphoratum. Si celebratur minutatim, & est taxa legalis, tunc taxatores aestimant valorem vini, aut olei intrinsecum, & quod plus valere possit ratione gabellae debite per emptorem, & tam pretium, quam gabella iusti pretiatur, & sic si Ecclesia voluisset, quod emptores sui non soluerent gabellam propter suum priuilegium, defraudaretur Fiscus in dicta gabella, & esset in commodum Ecclesiae, quia Ecclesia sibi perciperet, & sic resoluit non esse contra priuilegium Ecclesiae, quod emptor soluat gabellam.*

18 Si venditio sit ad grossum, idem procedit, quia licet non sit valutata quaedam amphora olei certo pretio, tamen consideratur iuxta communem aestimationem currentem tempore contractus, in quo inuoluitur valor intrinsecus rei, & gabellae, & sic dictum Monasterium lucraretur sibi dictam gabellam, si obtineret quod emptor suus non solueret, cum in pretio olei amphoratum venditi sit inuoluta gabella debita Fisco, & eius administratoribus.

19 Sexto responderetur *conf. Baldi 31. vol. 1. loqui in gabella extraordinaria, & quae imponitur ex arbitrio, non vero in gabellis ordinariis a lege impositis, & quae habent ordinariam praestimationem (vt in nostra gabella olei ciuitatis Hispalensis, quae secundum l. 3. tit. 17. lib. 9. est diuisa inter venditorem & emptorem) quia tunc non est contra libertatem Ecclesiae, compellere emptorem ad solutionem dimidia gabellae: & in his terminis loquitur Bart. in d. l. licitatio, §. mercatores, ff. de publican. cuius doctrina fuit supra ponderata, & est communis, vt per Ioan. *de amicis conf. 18. n. 4. & 5. & seqq. & n. 9. Ial. conf. 20. n. 7. lib. 1. Menoch. conf. 136. n. 20. lib. 2. vbi cum ex pluribus fundamentis resoluisset hanc quaestionem in fauorem immunitatis Ecclesiasticae, num. 21. suam opinionem limitat in gabella ordinaria, & dicit non esse contra libertatem Ecclesiasticam exigere gabellam ab emptore, vt patet d. n. 21. ibi: Respondeo etiam secundo loco ex distinctione Bart. in d. l. licitatio, §. vlt. ff. de publican. & veritigalibus, aut onus gabellae est ordinariu, vt quia lege vel statuto est impositum, & tunc immunitas concessa venditori non transit ad emptorem: ita**

Bart. intelligit in d. s. vlt. & cum eo consensit Decius *cons. 48. n. 1* & *cons. 51. col. 2. vers. Non obstat*: ergo hoc in casu nos non versamur, quia nec lege communi, nec statuto impositum est onus huius gabellæ his furnarijs.

20 Eandem distinctionem sequitur Gratian. *tom. 2. c. 390. n. 10. Riccio in praxi Eccles. fori tom. 2. resolut. 283. num. 4. vers. Maxime, plenè Giorit. responsio s. n. 50. cum duob. seqq.*

21 Septima responsio resultat ex probatis per deputatos, & administratores portæ oleariæ, ex quibus constat gabellam olei non solui statim quod emittitur à Monasterio, sed ex actu separato post factam iam venditionem, nempe ex transportatione, & intromissione per portam oleariam civitatis Hispalensis, & in hunc sensum loquitur Bald. *cons. 31. lib. 1. & resolut. tunc deberi gabellam ab emptore, & non esse contra libertatem Ecclesiasticam, ut patet nu. 2. ibi: Hinc est considerandum, nam aut onus gabellæ est annexum contractui, aut contingit ex actu separato, puta emi frumentum ab Ecclesia, & illud exporto per loca, in quibus gabellæ colligitur. Et inferius, ibi: Si autem illud onus contingit ex actu separato, quod nihil habet commune cum origine contractus, tunc emptor tenetur solvere, licet Ecclesia non tenetur solvere, & factum emptoris nihil habet commune cum facto Ecclesiæ, ut in d. s. mercatore.*

22 Eandem distinctionem sequuntur Belleta *disquisit. cleric. tit. de exemptione clericorum, §. 8. n. 2. Diana resolut. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 48. per tot. Squillante de privileg. cleric. cap. 8. n. 26. 27. cum duob. seqq. Giorit. responsio s. n. 47. & 53. Bardelon. cons. 31. n. 20. lib. 2. & Roland. cons. 61. n. 19. lib. 4. qui contra gabellam solet allegari, resolut. cū Bald. d. cons. 31. quod quando gabellæ est imposita emptori pro emptione, tunc dicitur actus separatus à venditione, & tunc non præiudicatur Ecclesiæ, quia factum emptoris nihil habet commune cum facto Ecclesiæ venditoris.*

23 Octava responsio resultat ex intellectu & explicatione, l. 3. tit. 17. lib. 9. *Recop. quæ cū de Ecclesia expresse mentionem non faciat, sed indefinite iubeat, quod de oleis collectis in civitate Hispalensi emptor soluat medietatem gabellæ, non est contra libertatem Ecclesiasticam, ut in puncto tradit Albenf. cons. 8. n. 2. lib. 1. Bonacin. tom. 3. de cen. uris Bullæ dispensat. 1. sect. 16. puncto 2. n. 37. pag. 150. Giorit. responsio s. n. 74. ibi: Nam prædictis non procedit quando statutum est generale, nec loquitur expresse de Ecclesiasticis, & est conditum pro publica & communi utilitate, nempe tunc Ecclesia, vel Ecclesiasticæ persone tenentur servare statutum Bartol. in l. 1. in fine, C. ut nemini liceat ab emptore specierum lib. 10. quod videtur esse de intentione Concilij Lateranensis relati, in cap. non minus, §. pro circa, vbi Ancharran. num. 8. de immunitate Ecclesiæ, cuius verba transcribit Menoch. cons.*

800. nu. 2. cum sequentibus, volum. 8. Francisc. Ripa *cons. 68. n. 6. & cons. 168. vbi & alios huius sententiæ allegat Auctores Purpurat. cons. 50. Olasc. decis. Pedemontan. 68. in 1. dubio.*

24 Nona responsio resultat ex autoritate plurium DD. qui in terminis nostræ questionis resoluunt immunitatem Ecclesiæ non infringi ex eo quod emptori apponatur onus solvendi dimidiam gabellam.

25 Et in primis, Bald. *consil. 395. Punctus questionis talis est lib. 4. vbi reprobando suum consil. 31. lib. 1. residet in nostra opinione, & num. 4. prosequendo suam conclusionem, ita dicit: Interdum statutum non gravat clericum in aliquo sed laicum gravat dupliciter, ita quod portio laici est gravata in solidum, portio vero clerici in nihilum, tunc non infringitur libertas clericorum, licet per indirectam aliquod commodum sibi auferatur, scilicet quia conductor propter istud onus nollet conducere nisi pro minori mercede.*

26 Et licet in fine conuincatur aliquantulum de hac conclusione, quia videtur intentionem statuentium indirecte præiudicare Ecclesiæ, cessat hoc scrupulum Baldi extante nostral. 3. tit. 17. lib. 9. quæ generaliter loquitur in emptore, & sic aduertit Tiraquei. in tractat. lignagier. §. 1. gloss. 1. n. 1. 2. & refert alios plures DD. pro hac opinione, Sanchez in opuscul. moral. lib. 2. cap. 4. dubio 55. num. 40. pag. 395. Bardelon. *consil. 31. num. 14. usque ad 17. vbi refert aliud consil. Baldi. 496. num. 3. & 4. usque ad fin. lib. 4.*

27 Secundò, Rolandus *cons. 61. per tot. lib. 4. vbi resolut. non esse gravamen contra Ecclesiam, ementes ab ea compellere ad solvendas collectas, & accedens nu. 18. 19. & 20. ad cons. Baldi 31. lib. 1. illud ad favorem suæ conclusionis iaducit, dicens actum solvendi gabellam à laico de rebus à clerico emptis, esse actum separatum à contractu, ut patet nu. 1. ibi: Si autem istud onus contingit ex facto separato, quod nihil habet commune cum origine contractus, quia pro venditione & emptione, vel recollectione fructuum: tunc enim emptor tenetur solvere, licet Ecclesia non teneatur, quia factum emptoris nihil habet commune cū facto Ecclesiæ, l. licitatio, §. merc. ff. de publican. & ita Rolandus est huius opinionis, scilicet actum gabellæ solvenda ex emptione, esse separatum ab ipsa venditione, & supra ad hunc punctum eundem Rolandus dicitur de seraui, n. 22.*

28 Tertio hoc comprobatur Gouier de gabellæ lib. 7. quest. 44. n. 3. & 4. vbi cita Bald. & dicit non esse contra istam opinionem, sed in eius favorem.

29 Quarto, Trentacinq. lib. 1. *variar. tit. de iure fisci resolut. §. num. 7. pag. mihi 65. vbi referendo dict. consil. Baldi. resolut. emptorem rei fisci nullam habere immunitatem.*

30 Quinto, Bertachinus de gabellis 7. part. principal. n. 17. ad fin. t. 12. tractat. fol. 64. col. 4.

31 Sexto, Marra de iurisdict. Eccles. 4. part. cas. 112. à principio, usque ad n. 7. vbi cūm resolut.

soluisset immunitatem Ecclesie non transire in emptorem, *num. 8.* limitat suam opinionem, nisi ex onere emptori imposito nimium Ecclesia grauetur, iuxta resolutionem ipsius Martae *casu 13. & d. casu 112. n. 16.* ponderat Bald. *conf. 31. lib. 1. & sic* Marta resoluit, quod onus impositum emptori non est contra libertatem Ecclesiasticam, quando ex tali opere Ecclesia nimium non laederetur: & in nostro casu laesio allegata per Monasterium est imaginaria, & imperceptibilis siquidem exigit ab emptoribus iustum pretium olei, sine diminutione, propter dimidiam gabellam ab eis soluendam.

32. Septimo, Mascard. *de Statutis conclus. 1. num. 28.* ubi in individuo reprobatur *consil. Baldi 31.* & dicit, quod non obstantibus suis fundamentis emptores Ecclesie tenentur ad collectionem & gabellas eis impositas.

33. Octauo, Duard. *ad Bullam Coenae Domini lib. 2. canone 18. quae est. 11. per tot. pagin. mih. 613.* ubi resoluit non incidere in excommunicationem dicti canonis imponentes gabellas emptoribus Ecclesie.

34. Nono, Capiblanco *in tract. de Baronib. tom. 2. cap. 83. n. 12. & 13. cum seqq. pag. 286.* ubi late probatur emptores a Baronibus habentibus immunitatem, ea non gaudere.

35. Decimo, Iaf. *conf. 20. ex n. 13. lib. 1.* qui licet sit Doctor antiquus, & debeat iunioribus in allegatione praeferrari: tamen cum reseruari ad vltimum locum, quia refert duo singularia contra emptorem Ecclesie.

Primum, quod Ecclesia non debet gabellam reuenditae, nec emptae, quia illud facit non causa negotiationis, sed ad suos usus, & emptor Ecclesie plerumque emit causa reuendendi, & negotiandi, & sic est aequum quod soluat gabellam.

Secundum, quod licet emptores Ecclesie, aut Fisci soluant gabellam, non ex eo suos fructus minori pretio vendunt Fiscus, aut Ecclesia, & semper percipiunt iustum pretium illorum, & ita ponderat Glor. *dict. respons. 5. erratas supra num. 23.*

36. Ex quibus constat, quod in terminis iuris est magis communis opinio, *l. 3. tit. 17. lib. 9. Recopilat.* non esse contra libertatem Ecclesiasticam, nec eam infringere exigendo ab emptore istam dimidiam gabellam.

37. Omnia supra dicta in fauorem Fisci confirmantur, si aduertamus consuetudinem generalem, quae viget in ciuitate Hispalensi, introduxisse omnes emptores fructuum Ecclesie, qui colliguntur per clericos in dicta ciuitate, soluisse dimidiam gabellam, & in specie de praedictis, quae Ecclesiastici habent in locis suis intra terminos agrorum, vulgo *Axansa*, ubi omnes emptores semper solunt dimidiam gabellam, & ad dignoscendum, quo in loco, & de quibus rebus gabella soluenda sit, consuetudo praecipue seruanda & attenden-

da est, vt per Alex. *conf. 212. n. 6. lib. 6.* Personalis de gabellis *n. 34. & 35. & in terminis Iaf. conf. 20. nu. 14. lib. 1.* ubi dicit consuetudinem esse sufficientem ad declarandum eminentem a priuilegiato debere soluere gabellam, Decius *conf. 48. in princip. per tot. Marta de iurisdiction. Ecclesie casu 112. n. 5.* Surd. *conf. 140. n. 43. cum seqq. & conf. 262. n. 46.* Bursat. *conf. 16. n. 39. & 42. & conf. 162. n. 31.* Bertazol. *conf. 42. sub n. 31. vers. Tertio.* Laderchio *conf. 103. n. 11.* Eugenius *conf. 92. sub n. 23. & 24. vol. 1.* Siluan. *conf. 66. sub n. 20. & 21. vol. 1.* Riminald. Iunior *conf. 500. n. 4.* Mandol. *in tractat. de priuileg. ad instar glos. 15. num. 40.* ubi potius dicit, quod ex obseruantia subsequuta priuilegium Reale efficitur personale.

Et cum per Fiscum sit probata consuetudo in ciuitate Hispalensi obseruata, vt omnes Ecclesiasticae personae soluant dimidiam gabellam olei sui, & praecipue istud Monasterium, nulla prorsus dubitatio remanet.

38. Et licet opponatur per Monasterium testibus Fisco productis nullam fidem esse adhibendam, quia sunt vel fuerunt ministri & deputati portae oleariae, haec non obstante sunt integrae fidei, ex *l. apparitores, C. de exactor. tributorum lib. 10.* & ibi notat Bald. Farinac. *de testib. q. 56. n. 380.* ubi in casu difficiliore resoluit biruarios, & iustitiae executores esse testes idoneos in re tangente ad suum officium.

39. Maximè, quia isti ministri nullum commodum reportant ex eo quod dicta gabella nihil aut parum valeat, & sic sunt testes idonei, vt per Garciam *de nobilitate glos. 25. nu. 5. & 7. fol. mih. 334.* qui loquitur in casu difficiliore, Farinac. *de testibus q. 54. nu. 228.* ubi quod quando agitur de possessione, in qua colonus laborat, & ex ea nullum commodum percipit, est integrae fidei, quia nemo praesumitur de ea re magis informatus.

40. Praecipue, quia nullus ex dictis testibus est actu officialis, aut minister dictae portae oleariae, & in praeteritum fuisse officiales, nullam parit exceptionem, vt per Farinac. *de testibus q. 55. n. 145.* ubi famulus pro domino est testis idoneus si actu non seruit.

41. Deinde haec consuetudo est probata per inquisitiones (vulgo *Aueriguaciones* reddituum & comerciorum, de quorum gabella exigebatur) factas per administratores dictae portae olei. In quibus reperuntur descripti fructus olei praedicti Monasterij, & gabellae solutae, qui libri plenè probant, vt per Bart. *in l. quaedam, §. numularios, ff. de edendo in fine, Socin. conf. 208. n. 2. vol. 2.* & cum alijs Mascard. *cocl. 976. quia exemplo n. 35.* Genua *de script. priuat. lib. 4. tit. de libris ration. gabella. nu. 1. & 2.* Gutier. *de gabellis q. 163. n. 17.* ubi libri administratorum gabellae plenè probant contra debitores huius gabellae, maximè quando sunt scripti per officialem de publico deputatum, vt resoluit Genua *d. loco n. 18. pag. 235.*

42 Quibus continentur late tradita per Garciam de nobilitate *gl. 4. num. 7. & per tot.* ubi dicit matriculam communitatis, ubi quis est adscriptus inter plebeios, plenè probare contra nobilitatem.

43 Nec obstat, quòd à Monasterio allegatur, scilicet prædictas inquisitiones esse nullius momenti, quia dictum Monasterium semper protestatū fuit sibi non præiudicare in suis priuilegijs per dictas disquisitiones factas per deputatos dictæ portæ olei, & etiam in actu solutionū ob dimidiæ gabellæ aliquorum annorum semper eandem fecit protestationem.

44 Quia respondetur primò, quòd cùm Monasterium non obstantibus protestationibus soluisset dictam gabellam, non possunt ei prodesse, quia protestatio contraria facta, & in rebus, quæ de iure necessitatem inducunt, nihil operatur, vt per Garciam de nobilitate *gl. 5. nu. 5. cum tribus seqq. fol. mihi 117 à tergo,* & ad hoc quòd protestatio prodesse possit dicto Monasterio, debebat fieri in solutione primi anni, vt intelligeretur repetita in omnibus solutionibus successiuis, Gratian. *tom. 2. c. 310. n. 39. 40. & cap. 981. nu. 41. 42. 43. Lotherio de re benef. tom. 1. lib. 1. q. 38. nu. 210. & cum eis, & alijs Pothio de minutent. obseruat. 35. n. 43. 52. vbi n. 53. dicit non sufficere protestationem factam in præambulis, & præparatorijs, quia per solutiones ex postfacto factas à protestatione recessum videtur, quia debet fieri semper in ipso actu solutionis, Gratian. tom. 5. c. 981. ex n. 42. Rota decis. 196. n. 3. p. 1. diner. or. Seraphin. decis. 1047. n. 11. Garcia de benef. lib. 1. cap. 5. n. 451.*

45 Secundò, quia dictum Monasterium produxit aliquas partitas dicti libri, qui erat penes deputatos, in sui fauorem, & sic per acceptationem aliquarum partitarum illius libri, totum librū acceptasse videtur, *l. cum precum, C. de liberali caus. c. cum venerabilis de except. & qui petit quòd aliqua scriptura exhibeatur ad hoc, vt iuuetur aliqua parte illius, videtur eam approbare, vt tradit Salicet. in l. 1. C. de elend. & post eum Iaf. in repetitione l. ad monendi de iur. iurand. nu. 129. col. 2. vers. Et istam differentiam, Parlador lib. 2. ver. quotid. cap. fin. 1. p. 5. n. 20. 21. Franc. Marc. decis. 60. p. 1. & melius Surd. decis. 199. n. 6. 7. vbi quòd petens quòd libri alterius producantur, censetur eos approbare ex Crauera, & Simone de Præris ibi allegatis, & addit dict. num. 7. pro hoc facere generalem regulam, quòd vtens scriptura aliquo modo, videtur eam approbare, ex traditis ab eodem Surd. *conf. 60. n. 12. & conf. 157. n. 23. Gaito de credito c. 2. tit. 5. n. 1060. 1061. pag. 62. Burato decis. 344. n. 12. & decis. 869. n. 1. vers. Maximè, & dixi allegat. 33. n. 35. 36.**

46 Nec obstabit allegatio præscriptionis immemorialis, qua Monasterium se tueri intendit contra solutionem gabellæ, quia testes

ab eo producti in sui fauorem non concludunt immemorialem iuxta formam, *l. 41. Tauri, & quando concluderent, nihil prodesset Monasterio, per l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop. vbi reprobat immemorialis ad exemptionem gabellarum, & ita tradit Auend. de exequend. mandat. lib. 2. c. 4. n. 20. Azevedo in d. l. 1. n. 14. cum seqq. Lafatte de decima vendit. c. 19. nu. 5. & 6. Castillo tom. 7. de tertijs c. 21. n. 21. & 22. vers. Mea igitur sententia, & cap. 23. n. 9. vbi resoluit, quòd quando lex facit materiam impræscriptibilem, non admittitur præscriptio, cum non conformetur legi, Cauedo de patronatibus Regiæ Coronæ, cap. 7. n. 2. & 3. per tot. vbi dicit, quòd cùm per Ordinationes Portugalix iura Fiscalia sint impræscriptibilia, nihil prodest immemorialis ad acquirendam ius patronatus Regiæ Coronæ, Castillo d. cap. 21. n. 18. & sequentibus, & cap. 30. num. 76. vbi dicit, dict. l. 1. reprobare immemorialem iam completam, admissio solum titulo sufficienti ad perceptionem gabellarum.*

47 Et in hac causa nullam potest Monasterium allegare præscriptionem contra fiscum, nec deputatos, quia adest initium fundationis ab anno 1568. & quando principium allegatur intra centum annos, non prodest immemorialis præscriptio, Molin. lib. 2. c. 6. nu. 60. vsque ad 76. Castil. d. tom. 7. c. 26. n. 36. f. 214.

48 Et etiam immemorialis non subsistit quando est interrupta aliquo tempore, Molin. lib. 2. c. 6. nu. 47. vbi dicit interruptionem causatam à 40. annis ante motam litem excludere immemorialem, Castil. dict. tom. 7. cap. 35. n. 18. fol. 268. col. 3.

49 Quibus non obstant priuilegia à Monasterio allegata. Non primum concessum à Domino nostro Rege Ioan. Primo Era 1397. quòd est incorporatum in confirmatione facta à Domino Rege Ioanne Secundo expeditum anno 1421. quia eis obstat expressa *l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. vbi similia priuilegia sunt derogata, cùm non reperiantur scripta in libris de losaluado, & signata manu computarorum illorum librorum: quæ solemnitas requiritur, vt talia priuilegia suffragentur, Gutier. de gabell. q. 5. n. 22. & seqq. Castil. tom. 7. de tertijs cap. 20. n. 10. & cap. 21. n. 12. & diuturnitas temporis has solemnitates non præsumit, nec supplere potest, quia sunt extrinsecæ, & quæ oculis videri debent, Garcia de nobilit. gl. 4. n. 32. & seqq. Girond. de priuileg. nu. 72. cum seqq. Castil. de tertijs cap. 20. nu. 30. 31. & seqq. Et sic in omnibus causis, in quibus exhibita fuerunt priuilegia non scripta, nec subscripta modo & forma relatis, fuerunt reprobatæ, & eis non obstantibus semper Consilium Regij patrimonij condemnat similia priuilegia habentes ad solutionem gabellæ, & ita in terminis probat Castillo de tertijs capit. 21. numero 13.*

50 Quibus congruit, quod privilegium productum per dictum Monasterium est restrictum, & limitatum ad Monasteria Sancti Bartholomæi de Lupiana eiusdem Ordinis, & alia ibi nominata, & sic non potest extendi ad prædictum Monasterium, quod non dum erat erectum, præcipuè cum dictum privilegium loquatur per verba de præsentibus, ibi: *Que son en los dichos nuestros Reynes y Señorios, l. si ita de auro & argento legato, & ibi Bart. vbi probat, quod in concessione verba præsentis temporis non extenduntur ad futura, glos. in capit. quia circa 22 de privileg. verb. Sed futuri, vbi in concessione privilegij veniunt futura quando concessio fuit facta, vel per verba vniuersalia, aut indefinita: si tamen fiat, vel concedatur per verba præsentis temporis, tunc in ea non veniant augmenta futura, vt patet ibi: Secus vbi certa verba ponuntur, in casu non extenditur ad alia, quam glossam sequuntur ibi DD. & Barbof. in collectan. ad dict. capit. quia circa num. 8. & 9. dicens illum textum procedere quando in concessione nõ ad sunt verba præsentis temporis, vel per pronomina possessiua meum tuum.*

51 Nec obstat, quod à Monasterio iterum allegatur, scilicet prædictum privilegium esse quãdam declarationem de eo quod ius disponit, quia Rex noster D. Ioannes Primus commisit suis Consiliarijs prætensionem dicti Monasterij S. Bartholomæi de Lupiana, & cū mature causam pensitassent, deciderunt in fauorem Monasterij, resoluendo emptorem dicti Monasterij non debere soluere dictam gabellam, non enim est dare medietatem, quia aut vult Monasteriũ se iuuare dicto privilegio in vim sententiæ, & non præiudicat fisco, quia fuit prolata sine eius citatione, vt per Farin. decis. 274. n. 8. post 2. tom. cons. crimin. Menoch. cons. 904. n. 69. lib. 10. Fufar. q. 622. n. 31. & 32. aut in vim privilegij, & tunc nullo modo potest prodesse Monasterio, cū deficient requisita, l. 1. tit. 18. lib. 9. superius ponderata.

52 Quibus conuenit, quod dict. l. 1. tit. 18. lib. 9. Recopil. fuit publicata anno 1491. & in ea reuocantur omnia privilegia de non soluendis gabellis, vt patet ibi: *Ni por cartas, ni privilegios, ni alualaes que tengan de los señores Reyes donde Nos venimos, ò de qualquier dellos, ni de Nos, aunque sean confirmados de los Reyes do venimos, ò de Nos, & sic per istam l. reuocatum fuit dictum privilegium, & eius confirmatio.*

53 Et l. 3. tit. 17. lib. 9. & l. 3. tit. 18. d. lib. 9. quæ loquuntur de oleis Hispalens. etiam promulgatæ fuerunt anno 1491. & in eis etiã reuocata fuerunt prædicta privilegia & confirmationes.

54 Deinde respondetur, quia dictum Monasterium fuit fundatum in fundo, qui vocatur Axarafe, & cū omnes in eo prædia habentes soluant gabellam, debet etiam Monasteriũ

gabellæ solutioni assiduum esse, licet alias habuisset aliquam immunitatem in alijs capis, territorijs & locis, argumento text. in cap. 1. de privilegij lib. 6. vbi privilegiatus, quantumcumque sit exemptus, non inuatur privilegio ratione rei factæ, contractus, aut delicti, quia videtur renuntiare sic contrahendo, Cauedo decis. 86. n. 6. 7. & 8. part. 2. Moneta de conferuat. cap. 7. n. 269. vbi ad longum, Rota per Farinac. decis. 15. nu. 3. part. 1. in recent. Cokier de iuridici. in exemptus part. 4. quæst. 48. pag. mihi 329. vbi in terminis nostris resoluit, quod ordinarius ea ratione est competens contra exemptos, vt soluant decimas, quia non soluendo de fructibus perceptis in prædijs suis extra loca exempta delinquant, & ita possunt per ordinarios puniri, & compelli ad solutionem decimarum, quia delinquant in locis non exemptis.

55 Et confert alia decis. Farinac. 229. n. 5. & per tot. part. 2. in recent. vbi fuit resolutum contra Monasterium Carthusiensium ex eo quod renuntiarunt privilegio de non soluendis decimis, quia acceptauerunt grauamen de illis soluendis in sua erectione.

Et in locis, qui vocantur *Vehetrias*, vbi omnes collectantur, tradunt Garcia de nobilit. gl. 6. ex n. 13. Gutier. practicar. lib. 3. q. 14. nu. 87. resoluentes nobiles etiam debere soluere tributa imposita, quia habitado in dictis locis se subiacent illorum statutis.

56 Secundum fundamentum in fauorem deputatorum & fisci, elicitur ex re iudicata obtenta contra Monasterium nuncupatum de Buena Vista eiusdem Ordinis, in qua non obstantibus privilegijs ab eo allegatis (quæ sunt eadem quæ in hac causa allegantur, & producentur) condemnatus fuit quidam emptor olei venditi à dicto Monasterio ad soluendam dimidiam gabellam, qua re iudicata extã te amplius in hoc puncto non est insistendum, l. res iudicata de regulis iuris, l. cū quaeritur cū seqq. ff. de exceptione rei iudicatae.

Contra hoc opponitur per Monasterium istam rem iudicatam ei non obesse, quia Monasterium de Buena Vista est diuersum.

57 Sed respondetur, quod in hac causa concurrunt tres identitates, l. cū quaeritur cū sequentibus de exceptione rei iudic. quis sunt eadem personæ, scilicet deputati & fiscus, qui in hac causa sunt actores, sicut in illa, nec respectu Monasterij adeest diuersitas, quia istud Monasterium, & illud sunt eiusdem Religioais, & fruuntur eisdem privilegijs, ex traditis per Farinac. decis. 240. num. 5. cū duobus seqq. in nouem cent. seu p. 4. diuersorum, vbi decisum fuit privilegia concessa vni Ordini conseruari per usum alienius Monasterij, licet alia Monasteria eis non vrantur: & ratio est, quia est eadem religio, & ad rem iudicatam sufficit identitas personarum verè, vel repræsentatiuè, l. & an eadem,

eadem, ff. de except. rei iudic. & ibi glossa verbo *personarum*. Socin. in l. rei iudicata nu. 2 ff. eod. rii. Menoch. conf. 390. n. 34. vers. Scribit, lib. 4. Surd. conf. 312. n. 11. lib. 3. Ponte conf. 49. n. 4. & conf. 62. ex n. 35. lib. 1.

58 Deinde quia in illa causa & in ista agitur de interpretatione privilegiorum dicti Ordinis, & cum iudicatum sit in illa eadem ab illo Monasterio non debere illis frui, operatur rem iudicatam contra omnia Monasteria eiusdem Ordinis, licet in illa lite non fuissent citata, Grasis decif. 2. nu. 8. usque ad 12. de præbend. Tapia decif. Supremi Conf. Italia 6. num. 8. & 9. Debet etiam considerari, quod illa executoria fuit obtenta super exemptione resultantem ex dictis privilegijs, & ita facit ius quoad omnes, quasi sit super statu personarum, ad notata in l. ingenuum de stat. hominum, Mieres 2. part. quæst. 4. illat. 2. num. 31. Callillo tom. 5. cap. 104. nu. 21. & tom. 6. cap. 157. num. 36. Barbol. in cap. cum super de re iudic. num. 18.

59 Et ferè in terminis in sententia prolata super qualitate beneficii, quod illud afficiat quoad omnes, & eis obstat res iudicata, ad hoc ut amplius non possit super qualitate ipsius disputari, probat Achilles de Grasis decif. 5. tit. de re iudic. Gonçalez ad regul. 8. Cancellaria glos. 9. §. 1. num. 84. Garcia de benefic. 3. p. cap. 2. n. 11. & 4. p. cap. 5. n. 129. Rota per Farin. decif. 172. n. 21. & decif. 319. nu. 2. tom. 1. in posthumum Rota apud Puteum decif. 237. lib. 2. in 2. edit. & apud Posthumum decif. 172. nu. 10. post tract. de manutent. Riccio in praxi iuris patron. resolut. 154. Barbol. de iure Ecclesie lib. 3. capit. 12. num. 96. Lothario de re benefic. lib. 2. quæst. 23. num. 153. Viviano de iure patronat. lib. 14. cap. 2. n. 4. pag. 684.

60 Et in causa pedagij idem resoluit in favorem fisci, Guid. Papa decif. 549. Lanar. conf. 65. n. 14. & seqq. Cancr. lib. 3. c. 17. n. 190. 191. 192. cum seqq. qui loquitur in re iudicata cum officialibus alicuius artis super rebus ad illam pertinentibus, quod omnibus illius artis, tam presentibus, quam futuris præiudicet, licet non habuissent scientiam litis, quia fuit data super re tangente ad omnes illius artis: sequitur Fontanel. de pact. tom. 1. clausul. 4. glos. 17. nu. 87. & 88. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 322 & 323. optimè Barbol. in cap. cum super de re iudic. num. 28. versic. Decimus septimus.

61 Ex quibus concludo prædictam causam ad favorem Regij Fisci, & deputatorum redditus vectigalis portæ oleariae Hispanensis esse decidendam, reuocando visionis sententiam, & condemnando emptores olei prædicti Monasterij ad solutionem dimidiæ gabellæ, prout fieri spero, submitiendo omnia in hac allegatione, & in toto opusculo scripta, censuræ, & correctioni Sanctæ Matris Ecclesie, contra cuius libertatē, nec volo, nec intēdo scribere,

SUMMARIVM Allegationis 39.

1. Præfensio partium proponitur, & num. 2.
3. Tribunalia Suprema secularia Hispania cognoscunt de causis decimarum, tam inter Ecclesiasticas, quam inter seculares personas, quando à patrimonio Ecclesie sunt separata. Ferentil. ad Burat. decif. 780. num. 17. explicatur.
4. Decima olei, & aliorum fructuum perceptorum in prædio vocato Axarasc ad D. Regem pertinent, & num. 5.
6. Laicus est incapax decimarum post dispositionem Concilij Lateranensis, de quo in cap. cum Apostolica de his quæ fiunt, & alijs iuribus.
7. Præscriptio immemorialis efficit laicum capax percipiendi decimas.
8. Quamvis alij dicant ultra præscriptionem immemorialem requiri famam privilegij obtinente Concilium Lateranense.
9. Et sufficit loco famæ aliquod aaminiculum, quod exemplificatur.
10. Reges Hispania plura privilegia obtinuerunt à Roman. Pontif. super perceptione decimarum locorum à Mauris recuperatorum.
11. Rota per Farinac. decif. 702. nu. 7. p. 1. in recent. expenditur.
12. Laicus est capax percipiendi decimas, quando constat eas non esse Ecclesiasticas. Rota apud Ludouij decif. 404. n. 2. expedit.
13. Privilegio exemptionis decimarum uti volēs tenetur se in eo comprehensum ostendere, & num. 14.
15. Privilegium referens nihil operatur, non confitit de relato. Decif. 40 p. 2. diversorum expenditur.
16. Concessio privilegiorum ad instar solum operatur in leuibus, & in his quæ facillè solent concedi.
17. Privilegium ad instar non comprehendit exemptionem decimarum, cum raro soleat concedi.
18. Rota apud Coccinum decif. 279. expenditur, & exornatur, & n. 19.
20. Rota apud Farinac. decif. 40. tom. 2. in posthumum. ponderatur.
21. Et defenditur ab oppositionibus contra illam ponderatis, usque ad n. 23.
24. Derogatio cap. nuper de decim. requiritur, ut privilegij exemptionis decimarum validum sit.
25. Cap. nuper de decim. continet dispositionem Conciliarē, & ita debet de eo expressa derogatio fieri.
26. Privilegium exemptionis decimarum solum intelligitur concessum in præiudicium eorum, qui de iure communieas percipiunt, & non de iure speciali, & n. 27.
28. Immunitas soluendi portagia solum intelligitur de portagijs Regi soluendis, non tertio.
29. Seraphin. decif. 1293. p. 2. ponderatur & exornatur, quia in ea fuit decim. privilegium exemptionis decimarum, non prodesse contra Ecclesiam Valentin. Regis concessionariam.

- 30 Privilegium de non soluendis decimis non extenditur contra illos, qui de iure speciali eas detinent.
- 31 Peregrin. decis. 143. n. 19. expenditur.
- 32 Privilegia Regibus pertinentia speciali derogatione indigent. & n. 33.
- 34 Verba enuntiativa privilegij dicentia pro parte Titij fuisse supplicatum, non probant in prauidicium Titij. & n. 35.
- 36 Privilegium de percipiendis gabellis non extenditur, ut concessionarius possit eas à concedente exigere.
- 37 Privilegium per contrarium usum amittitur, & num. 38.
- 39 Maximè per non usum 40. annorum.
- 40 Contrauentio in vno actu privilegij, à quomnes dependent, illud tollit.
- 41 Praescriptio immemorialis requiritur contra Fiscum, tam in tertijs, quàm in alijs decimis ei debitis.
- 42 Exactio decimarum ab aliquibus comprehensis in iure vniuerso soluendi decimas, conseruat possessionem contra non soluentes.
- 43 In actibus negatiuis non incipit praescriptio, nisi à die petitionis, & negationis. Quod Rota obseruat in praescriptione decimarum.
- 44 Mandatum praesumitur ex solutione magnae quantitatis.
- 45 Contrauentio aliquorum de Monasterio ei prauidicat circa amissionem privilegij, quando contrauentio est publica, & tanto tempore continuata, quod potuerit ad domini notitiã peruenire, & n. 46.
- 47 Exemptus à solutione decimarum non excusatur à registratione, & manifestatione suorum fructuum.
- 48 Decimas percipiendi ius habens, potest percipere fructus colligentibus, ne eos à praedijs extrahant, quousque decimas soluant.

ALLEGATIO XXXIX.

P R O

Regio Fisco, & deputatis portae oleariae ciuitatis Hispalens. de quibus in allegatione praecedenti.

C O N T R A

Monasterium Diui Hieronymi ciuitatis Sancti Luciferi Maioris.

EPITOME ALLEGATIONIS.

- I Privilegium exemptionis decimarum non communicatur per privilegium ad instar.
- II Non valet, si non contineat derogationem cap. nuper de decimis.

- III Nec praesumitur concessum in prauidicium habentium, anteriora privilegia.
- IV Praecipue si sint laicorum.
- V Et Maximè in prauidiciũ Fisci.
- VI Privilegium non soluendi decimas quomodò, & quanto tempore amittatur.

Fuit etiam in eadem causa, & inter eadem partes, lae disputatum super exemptione à solutione decimarum praesensa ab eodem Monasterio Sancti Michaelis virtute quorundã privilegiorũ religioni concessorũ.

Et in primis dubitatum fuit, an Regius Senatus sit Tribunal competens ad cognoscendum de exemptione decimarum, vel de earũ solutione: nam Monasterium negabat Senatus iurisdictionem, quia est communitas Ecclesiastica, & quia materia est spiritualis.

2 Sed deputati replicabant, id regulariter procedere, sed nõ in hoc casu, in quo decimae praedicti Axaracae pertinent ad Regium Fiscũ virtute privilegiorum Pontificum, & ita istae decimae consistunt in mera temporalitate, cũ non pertineant ad Ecclesiam, nec ad personas Ecclesiasticas, sed ad Regium Fiscum, l. Paulus, alias incipit, per procuratorem, ff. de adquirenda hereditate, cum dictis allegatione praecedenti num. 5. & 6.

3 Et in puncto iurisdictionis, quod Regia Tribunalia possint de his decimis cognoscere tam inter Ecclesiasticas, quàm Saeculares personas tradit Castillo in l. 6. Tauri, verbo, De qualquier calidad, Gregor. in l. 22. tit. 20. part. 1. verbo, No los deue auer, Lañate de gabellis cap. 19. n. 36. Barbol. in l. Titia, soluto matrim. n. 42. Gutier. lib. 1. pract. q. 14. nu. 1. & per tot. Ceual tom. 3. q. 822. n. 70. vsque ad fin. & 4. p. q. de las fuerças n. 636. & in tract. de violent. 2. p. q. 17 & 25. Sor. de iustit. & iur. lib. 9. q. 1. art. 1. prope finem, vers. Qua ratione Regi nostro, Borrello de praesentia Regis Catholici c. 71. n. 348. Castillo de tertijs c. 36. n. 3. vers. Et hac ratione, & vers. Vnde est, Salgado de retent. 1. p. cap. 1. n. 142. Solorzano de Iure Indiarũ tom. 2. lib. 3. c. 4. n. 21. 22. pag. 656. quae conclusio verissima est, & in praxi communiter recepta, quamuis contrarium videatur tenere additio ad Burat. decis. 780. n. 17. cuius opinio non potest in Hispania admitti, vltra quod loquitur in decimis Ecclesiasticis laicis in feudum concessis: quia tunc posset iurisdictione Ecclesiastica introduci, ex textu in cap. ceterum de iudic. quae ratio cessat in decimis nostris Hispaniae Regibus concessis: quia concessionem fuerunt liberae, & ob causam onerosam propter expensas in debellatione horum Regnorum factas.

4 Et non potest dubitari, quòd D. nostro Regi pertineat hoc ius percipiendi decimas olei, quòd in agro vocato Axarafe colligitur, tam ex probationibus factis per deputatos in omnibus huius causæ instantijs, quàm ex consuetudine obseruata in ciuitate Hispalensi, vbi omnes Ecclesiasticæ personæ, quæ in dicto agro habent sua oliueta, solunt Regi nostro decimas.

5 Et etiam istæ decimæ sunt incorporatæ in patrimonio Regio, & super illis sunt iura Regalia constituta valde antiqua, & sic nullo modo potest cõtrouerti de dominio istarum decimarum.

6 Primò, quia licet laicus sit incapax perceptionis decimarum post dispositionem Concilij Lateranensis, cap. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælato, cap. quamuis, cap. prohibemus de decimis, cap. 2. §. sane, eod. tit. in 6. Couar. lib. 1. variar. cap. 17 num. 5. vers. Olim sanè, & solum sustineantur similes concessiones factæ ante Concilium Lateranense, vt in dictis iuribus cauetur.

7 Sed tamen est conclusio ab omnibus recepta, præscriptionem immemorialè operari præsumptionem in fauorem laici, vt intelligatur dictum priuilegium percipiendi decimas concessum esse ante Concilium Lateranense, quæ extatè laicus est capax, vt probat Andreas nu. 9. ad fin. vers. Satis videtur, & ibi Abb. n. 12. in d. e. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælato, Couar. d. c. 17. n. 5. vers. Sed si dubitetur, Gutier. lib. 1. practica. q. 16. per tot. Burgos de Paz conf. 50. n. 5. & per tot. Rota decif. 215. ex n. 9. p. 2. diuersorum, & apud Farinac. decif. 474. n. 3. & decif. 702. n. 1. p. 1. in recent. Moneca de decim. c. 5. n. 74. Borrel. in summa decif. 1. p. tit. 19. de decim. nu. 37. & de præstantia Regis Catholicæ c. 57. n. 18.

8 Et licet aliqui ex DD. dicant cum immemoriali debere concurrere famam priuilegij obtenti ante Concilium Lateranense, id magis ex quadam æquitate & congruitate, & cõsilio, quàm ex necessitate resoluunt, vt ex lectura ipsorum apparebit.

9 Et quando hoc requireretur, sufficeret loco famæ aliud admiculum, Rota per Farinac. decif. 702. n. 1. p. 1. in recent. vbi dicit non suffragari laico possessionem percipiendi decimas, nisi cum immemoriali concurrat fama priuilegij, vel recognitio Ecclesiæ, vel aliud æquipollens. & n. 3. dicit sufficere quòd testes deponant se audiuisse similia priuilegia laicū habere: eadem Rota decif. 545. nu. 1. tom. 2. in posthum. Posthio de manutent. obseruat. 44. nu. 50. cum duobus seqq. & vt dictum est, istæ decimæ sunt incorporatæ in patrimonio Regio, & super illis sunt fundata quam plurima iura Regalia, vt ex actis constat.

10 Secundò, quia hic ager de Axarafe ciuitatis Hispalens. vocatus fuit Hortus Hercu-

lis, & quando D. Rex Ferdinandus anno 1248. recuperauit ciuitatem Hispalensem à Mauris, tunc Fiscus incepit frui decimis illius Axarafe virtute concessionum Apostolicarum præcedentium in fauorem Regum Hispaniæ in premium victoriæ, vt referi Lucius Marineus Siculus de rebus Hispaniæ lib. 8. cap. 13. & quòd Pontifex, qui hoc priuilegium conceffit, fuit Urbanus II. anno 1088. & eum sequitur Borrell. de præstantia Regis Catholicæ c. 59. n. 3. 4. & 5. & in summa decif. 4. p. 1. tit. 19. de decim. nu. 66. & de donatione facta Regibus Aragoniæ de decimis illarum terrarū testatur Rota apud Caualer. decif. 229. in princip. vbi dicit hanc donationem multoties fuisse in Rota approbatam, Farinac. decif. 48. n. 11. tom. 1. in recent. & decif. 212. nu. 2. vers. De bono autem iure tom. 2. in recent. Seraphin. decif. 1293. tom. 2. & sic priuilegium, ex quo Rex noster fruitur decimis, fuit antè Concilium Lateranense, de quo in c. cum Apostolica de his quæ fiunt à Prælato, sine consensu capituli cap. nuper de decim. & tradit Borrel. d. c. 59. n. 11. & 12. vbi computato tẽpore concessionis decimarum resoluit fuisse ante Concilium Lateranense.

11 Et extantibus his admiculis iustificatur præscriptio decimarum, vt in terminis tradit Rota apud Farinac. decif. 702. nu. 7. p. 1. in recent. quæ fuit in causa decimarum de Capilla inter Ducem de Bexar ex vna, & Ecclesiam Toletan. ex alia, & resolutum fuit in fauorem Ducis adiudicando ei prædictas decimas, ex eo quia priuilegium erat obtentum ante Concilium Lateranense, de quo constabat per probationem famæ, & per præscriptionem immemorialem, & d. n. 7. dicit hanc concessionem esse verisimilem ob expugnationem illius status de Capilla à manibus infidelium, quæ extatè iustificatur concessio decimarum, & ad hoc refert hæc decisio Bellugam in speculo Princip. rubric. 13. §. trademus n. 36. Rebus. de decim. q. 13. n. 110. Lafarte de gabell. c. 19. n. 36. Barbol. in l. Titia, n. 40. ad fin. vers. Et hæc de causa. ff. soluto matrim. & concludit, hæc de causa esse in Hispania in fauorem laicorum magnam partem decimarum alienatam.

12 Quibus conuenit decif. Ludouif. 404. n. 2. vbi dicit, quòd quando non constat decimas esse Ecclesiasticas, potest laicus eas possidere, cum possiat esse tanquam quedam reservationes quarum laicus est capax: sequitur Posthio de manut. obseruat. 44. n. 52. Rota per Farinac. decif. 313. n. 7. & decif. 684. nu. 1. 2. & 3. tom. 1. in recent. Atque ita concludendum est istas decimas, campi de Axarafe pertinere ad Regium Fiscum.

13 Constito per supra dicta de iurisdictione Consilij Regij patrimonij, restat nunc respondere priuilegijs exhibitis à dicto Monasterio super exemptione decimarum.

Quæ quidem priuilegia minimè obstat Fis-

eo, vt possit dictum Monasterium immune esse à solutione decimarum de fructibus oliuarum, quæ sunt intra terminos dicti Axaræ.

14. Primum, non obstat priuilegium concessum per Pontificem Greg. II. quia est limitatum solum ad fauorẽ Monasterij S. Bartholomæi de Lupiana, & quatuor eiusdem Religionis D. Hieronymi, quod nullo modo potest comprehendere nostrum Monasterium, cum sit recens, & cum possit verificari in alijs Monasterijs antiquioribus, iussit R.egio Fisco, quod Monasterium non probet comprehensum esse in prædicta concessione, vt per Acacium de priuileg. iuris ciuilib. 3. cap. 18. n. 9. Et qui nititur priuilegio exemptionis decimarum, debet probare comprehensionem, Rota per Farinac. decis. 271. num. 1. & decis. 439. n. 3. tom. 2. in posthumis.

15. Secundò minus obstant priuilegia concessa per Pium IV. & Pium V. Monasterio de Guadalupe eiusdem Ordinis de non soluendis decimis, in quibus insitit prædictum Monasterium per communicationem, & participationem, quia ad hoc, vt extensio suum effectum operaretur debebat constare de priuilegio extensionis, l. aff. toto. ff. de hered. instit. aut. si quis in aliquo. C. de eod. Rota decis. 40. p. 2. diuersorum, vbi ad longum in materia exemptionis decimarum probatur, quod dispositio referens priuilegium debet ad illius terminos limitari.

16. Tertiò idem respondetur priuilegijs concessis per Pium V. Mendicantibus Religionibus super exemptione decimarum, quæ communicantur Ordini D. Hieronymi, & concessio per Sixtum V. in quo confirmantur omnia priuilegia dicti Ordinis: quia cum nullum ex prædictis priuilegijs loquatur de exemptione decimarum nostri Monasterij, non possunt ei prodesse: quia concessio priuilegij ad instar solum habet locum in rebus leuis præiudicij, non tamen in rebus grauib. & insolitis, & quæ raro, vel cum magna difficultate concedi solent, vt notant DD. in l. 1. ff. de legat. 1. Butr. cons. 19. nu. 9. latè Pacian. de probat. lib. 1. c. 27. n. 28. Rota decis. 55. n. 14. p. 2. diuersorum, Caualetio decis. 101. n. 3.

17. Et cum exemptio decimarum sit insolita, & quæ raro conceditur, vel cum magna difficultate, est cõclusio recepta in Rota, quod nunquam intelligatur concessa per extensionem, aut communicationem priuilegiorum aliarum Religionum, Rota per Farinac. decis. 214. nu. 5. p. 2. in recent. Trullench. ad præcepta Decalog. lib. 3. c. 3. dub. 11. n. 4. vers. Hinc fit pagin. 611. quod latè exornat Barbof. de clausulis clau. ul. 67. n. 16. & in tract. de Parochis c. 28. §. 3. n. 41. & in collect. ad cap. nuper de decim. nu. 4. & de iure Eccles. lib. 3. c. 26. §. 3. n. 41. pag. 968. vbi plures Rotæ decisiones affert pro hac cõclusionem.

18. Et signanter in collectan. ad d. c. nuper

de decimis n. 4. adducit quandam Coccini decisionem in causa Mediolanensi decimarum 10 Aprilis 1606. quæ inuenitur in et impref. fas ipsius Coccini decis. 279. vbi dictum fuit exemptionem Monasterij de Guadalupe super exemptione decimarum concessam, alij Monasterio non prodesse ad ipsius exemptionem, & reddit rationem in d. decis. 279. ibi: Et quamuis Papa processerit per viam communicationis omnium & singulorum priuilegiorum, & præcipue illorum, per quæ exemptuntur à decimarum procuratorum, v. sitationum, præstationum, & subsidiorum, & aliorum onerum quorũcumq; præstatione, à quibus est exemptum Monasterium de Guadalupe, tamen ista communicatione non veniunt illa, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis sit facta specialis mentio, iuxta cons. Butr. 19. n. 9.

19. Et cum in prædicta decisione opponeretur pro parte priuilegiati, quod in gratia extensiuæ facta erat mentio decimarum, ad hoc vt priuilegiatus frueretur ad instar illius Monasterij de Guadalupe, & quod verba essent superflua, si non extenderetur ad illud dicta exemptio decimarum dixit Rotæ, quod illa verba intelliguntur de decimis extraordinarijs, & non de ordinarijs, & sic aliquid operantur, iuxta doctrinam Baldi in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahenda emptione, quem refert & sequitur Mier. 2. p. in initio ante n. 240. pag. 373. à tergo in 2. editione, & ita tradit Puteus decis. 65. lib. 3. Rota apud Coccinum d. decis. 279. nu. 4. ibi: Papæ non intellexisse de decimis prædialibus, & ordinarijs sed extraordinarijs. Maxime, quia vt dictum est, difficulter conceditur talis exemptio, Bald. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahenda emptione, Cremenf. singul. 108. Felinus in cap. sedes n. 3. de rescript. Puteus decis. 65. lib. 2. & fuit dictum in causa Carthaginensi. decimarum 19. Nouõbris 1593. coram Orano, & in causa Tolet. decim. 26. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Iusto. Haetenus Coccinius, Caualet. decis. 247. nu. 10. & 11. Barbof. de iure Eccles. allegato c. 26. §. 3. n. 41. lib. 3. & in collectan. ad cap. nuper de decim. n. 4. ad fin. & de offic. Parochi c. 28. §. 3. nu. 41. Cancet. lib. 1. var. c. 23. de decim. n. 13. in 2. editione, Borrel. in summ. tit. 19. de decimis nu. 34.

20. Omnia hæc fundamenta inueniantur cumulata contra Religionem D. Hieronymi, non obstantibus priuilegijs, Clem. VIII. & reliquis supra relatis in decis. Farin. 40. tom. 2. in posthum. quæ decisio fuit contra Monasterium Valentinum eiusdem Religionis, vbi intendebatur exemptio à decimis insistendo priuilegio Clem. VIII. & aliarum Religionum per communicationem, & resolutum fuit ei non suffragari quoad exemptionem decimarum: quod etiam sequitur Tambortia. de iure Abbat. tom. 1. d. sputat. 15. q. 18. n. 34. v. que ad 38. omnino videndas, qui loquitur in terminis decisionis Farinac. & illam ad literam affert, & disputat. 17. q. 2. n. 6. idem resoluit, & etiam affert d. decis.

cis. Barbof. allegato cap. 26. §. 3. num. 41.

21 Nec obstat replicare hanc decisionē nostro casui non à daptari, quia in illa interueniunt duæ considerationes, quæ nostræ causæ non conueniunt.

22 Prima fuit, quòd Pontifex non habuit certam scientiam priuilegiorum exemptionis decimarum, & quòd duo Cardinales affirmauerunt suam intentionem non fuisse, vt dicta exemptio decimarum communicaretur omnibus Monasterijs eiusdē Religionis: quia hoc euenit ex contingentia facti, quia fundamentum principale dictæ decisionis consistebat in supradictis, vt patet ex dict. decij. à principio, vsque ad num. 5.

23 Secunda consideratio fuit, quòd priuilegium exhibitum per dictum Monasterium non faciebat specialem mentionem Pontificum concedentium prædictam extensionem, quæ consideratio est contra prædictam decisionem, cum in ea referatur priuilegium Clement. VIII. quæ fuit in Valentina decimarum Veneris 28 Nouembris 1603. corā Illustris. Lancelloto tempore Clement. VIII. & sic incipit decisio per hæc verba: *Communicatio priuilegiorum S. D. N. concessa Ordinis Hieronymi.*

24 Quarto principaliter, quia semper practicatur in Rota, nullum priuilegium exemptionis decimarum obseruandum esse, nisi specificè derogetur dispositioni c. nuper de decim. & non sufficit generalis derogatio cum illius text. dispositio emanauerit à Concilio Generali, vt tradunt DD. ibi Leon. in Thesouro fori Eccles. p. 2. c. 12. n. 69. & 70. cum seqq. pag. mihi 264. vbi resoluit Religiones non probantes exemptionem decimarum ante Concil. Lateranense non posse iurari priuilegijs obtentis post dictum Conciliū, nisi in illis expressè derogetur dispositioni, cap. nuper de decimis, Rota decis. 122. per rotum, præcipue num. 4. & decis. 123. part. 1. diuersorum, Borrel. in sum. decis. 1. p. tit. 19. de decim. n. 42. Gutier. Canonic. lib. 2. c. 21. n. 136. vbi dicit, quòd quia in priuilegijs Pontificum, quæ Iesaitæ habebant, super exemptione decimarum non erat derogatū,

decis. 247. n. 10. Barbof. in collectan. ad cap. nuper de decim. n. 1. vbi ad literam affert verba decisionis Coccini decis. 192. lib. 2. (quæ typis excusa adhuc ad manus nostras non peruenit, nec inuenitur inter decisiones ipsius Coccini.) ipse Barbof. de Parochis cap. 28. §. 3. nu. 37. & 38. pag. 470. & de iure Ecclesie lib. 3. cap. 26. §. 3. n. 37. & 38. pag. 968. Posthio decis. 157. nu. 4. post tractatum de manutentione.

25 Ex quibus consequens est, quòd cum in priuilegijs exhibitis in hac causa per dictū Monasterium, non sit derogata dispositio cap. nuper de decim. non possunt eis prodesse maxime cum omnia Monasteria, quibus concessa fuerunt dicta priuilegia, soluant decimas, & in specie ita considerauit Rota apud Farin. d. decis. 40. n. 3. tom. 2. in posthum. in causa Monasterij S. Hieronymi Valeatini in fauorem Ecclesie Cathedralis illius ciuitatis, vbi loquendo de priuilegio Clem. VIII. dixit: *Tum quia priuilegiū loquitur tā de bonis emptis, quā de emendis, contra c. nuper de decim. quod cum contineat dispositionem Conciliarem, nō tollitur, nisi ei fuerit expresse derogatum, cap. ex parte de capell. monachorum, Oldrad. conf. 326. Caputaquens. decis. 176. 268. part. 1. & fuit dictum in causa Vlyssobonen. decimarum 5. Nouembr. 1574. coram Oriolen. & in causa Oriolens. decimarum 21. Maij 1586. coram bona memoria Orano, & alias seqq.*

26 Sexto, quando (sine veri præiudicio) priuilegia Monasterij S. Bartholomæi haberent specialem derogationem d. c. nuper, non possent Fisco præiudicare propter defectum intentionis Pontificis, quia quādo concessit prædictam immunitatem, solum inquit dictas decimas pertinere ad Episcopum, & Parochum, in cuius præiudiciū concessit immunitatem Religionibus, & Monasterijs: non tamen ei dictū fuit pertinere ad D. nostrum Regem iure speciali, vt in præsentī in hoc agro de Axarasc pertinent, & sic nullo modo dicta priuilegia possunt Fisco præiudicare, vt expresse probatur in cap. dudum 31. de priuilegijs, in cuius specie priuilegium de percipiendis decimis nouallium nō præiudicat ei, qui habet priuilegium,

ius decimarum, quod duo Cardinales affirmauerunt suam intentionem non fuisse, vt dicta exemptio decimarum communicaretur omnibus Monasterijs eiusdē Religionis: quia hoc euenit ex contingentia facti, quia fundamentum principale dictæ decisionis consistebat in supradictis, vt patet ex dict. decij. à principio, vsque ad num. 5.

23 Secunda consideratio fuit, quòd priuilegium exhibitum per dictum Monasterium non faciebat specialem mentionem Pontificum concedentium prædictam extensionem, quæ consideratio est contra prædictam decisionem, cum in ea referatur priuilegium Clement. VIII. quæ fuit in Valentina decimarum Veneris 28 Nouembris 1603. corā Illustris. Lancelloto tempore Clement. VIII. & sic incipit decisio per hæc verba: *Communicatio priuilegiorum S. D. N. concessa Ordinis Hieronymi.*

3. n. 37. & 38. pag. 908. Posthio decis. 157. nu. 4. post tractatum de manutentione.

25 Ex quibus consequens est, quòd cum in priuilegijs exhibitis in hac causa per dictū Monasterium, non sit derogata dispositio cap. nuper de decim. non possunt eis prodesse maxime cum omnia Monasteria, quibus concessa fuerunt dicta priuilegia, soluant decimas, & in specie ita considerauit Rota apud Farin. d. decis. 40. n. 3. tom. 2. in posthum. in causa Monasterij S. Hieronymi Valeatini in fauorem Ecclesie Cathedralis illius ciuitatis, vbi loquendo de priuilegio Clem. VIII. dixit: *Tum quia priuilegiū loquitur tā de bonis emptis, quā de emendis, contra c. nuper de decim. quod cum contineat dispositionem Conciliarem, nō tollitur, nisi ei fuerit expresse derogatum, cap. ex parte de capell. monachorum, Oldrad. conf. 326. Caputaquens. decis. 176. 268. part. 1. & fuit dictum in causa Vlyssob.*

iudicabit, quasi huius possessionis iuris extraordinarij percipiendi decimas Summus Pontifex ignarus sit, nec eius mentionem in priuilegio fecerit, Marquetan. *de commiss. tom. 1. de commiss. appel. in causa decimarum p. 1. §. 1. n. 102. 103. pag. 669. in vlt. editione, vbi idē resoluit.*

27 Idem dicit Rota *decis. 1. post d. y. 1. n. 2. pag. 683. vbi resoluit decis. 1. Casador. de priuileg. procedere in his, quæ competunt de iure, cuius Papa præsumitur habere scientiam, & non in priuilegio speciali, cuius in Papa præsumitur ignorantia, nisi de illo fecerit mentionem: sequitur Moneta *de decim. q. 2. n. 55. 56. Roderic. Suar. allegat. 28. n. 20. in vers. Vnde infert, qui resoluit priuilegium de non soluendis decimis datum vni in certa Parochia, nō præiudicare habenti priuilegiū antierius decimarum totius Parochiæ: latē Castil. de tertijs tom. 7. cap. 36. per tot. in causa per Fiscum agitata contra Collegia Societatis Iesu super solutione tertiarum de fructibus suorum prædiorū, non obstantibus priuilegijs Apostolicis de nō soluendis decimis: in qua decimam fuit prædicta priuilegia Fisco non obstat ex defectu intentionis, & voluntatis Pontificis.**

28 Quod confirmatur ex *l. 1. 2. tit. 18. p. 3. vbi immunitas soluendi portagia solum intelligitur de portagijs, quæ soluuntur Regi, non verò de illis, quæ alij tertio debentur ex priuilegio anteriori, & ibi notat Gregor. glos. 2. Et tanel. decis. 267 per tot. Claper. in centur causarum Fiscal. causa 23. q. 2. & cum eo Castillo de tertijs cap. 36. n. 8. & facit textus in cap. 1. de capitaneo qui curiam vendidit, vbi venditio curiæ non extenditur ad gratiam, seu beneficiū alteri datū. Mant. de tacit. conuent. lib. 4. tit. 9. n. 27.*

29 Et facit ad hoc singularis *decis. Seraphini 1293. lib. 2. in causa Valentina decimarū, inter Ecclesiam Cathedralē Valentiniā ex vna, & Societatem Iesu ex altera, in qua, dicta Societas intendebat extantibus suis priuilegijs immunem esse à solutione decimarum, Ecclesia autē Valentina dicebat dicta priuilegia Societati Iesu tantum suffragari respectu decimarum, quæ de iure communi percipiébantur ab Ecclesijs, non autem de illis, quæ iure speciali competebant dictæ Ecclesiæ Valentiniæ virtute priuilegiorum illi à Regibus concessorum: & sic causa decisa fuit pro Ecclesia Valentina, quia Papa nunquam præsumitur velle præiudicare priuilegiato super iure decimarum de iure speciali concessarum: quam decisionem ponderat ad hoc Castil. *d. c. 36. n. 42. vers. Rursus, vbi carpit D. Regij Fisci Patronum, ex eo quòd in suis allegationibus in illa causa factis non citauit contra societatem dictam decisionem Seraphini: sed ego noto nullum ex eis allegasse, Farin. decis. 212. tom. 2. in recent. vbi idem decisa fuit pro Ecclesia Valentina contra plura Monasteria condemnando ea ad solutionem decimarum, non obstantibus priui-**

legijs, Marquetan. *de commiss. tom. 1. in commiss. appellat. in causa decim. n. 151. 152. & 153. pag. 673. 674. vbi refert & sequitur decis. Seraphini & resoluit, quòd cum priuilegia concessa à Regibus Ecclesiæ Valentiniæ contineant causam onerosam, non potuit Ecclesia Cathedralis habere aliquod præiudicium propter exemptionem concessam dictæ Societati à decimis: idem ponderat Farinac. *decis. 40. n. 2. & 4 per tot. tom. 2. in posthum. in causa eiusdem Ecclesiæ Valentiniæ contra Monasterium S. Hieronymi, quòd allegabat similia priuilegia nostri Monasterij, & resolutum fuit esse insufficientia, quia Papa ignorabat ius Ecclesiæ Valentiniæ: eadem Rota apud Farin. *decis. 48. n. 8. vers. sic. Vel quando tractaretur de secundo priuilegio p. 1. in recent. Moneta *de decimis c. 5. q. 2. nu. 55. D. Præses Valencuela *conf. 71. n. 23. & 24.*****

30 Quod confirmatur ex resolutis per Ioā. Andr. *in cap. nuper de decim. nu. 4. Butr. num. 5. Anchar. num. 8. Cardin. col. 2. vers. Quinto quo ro, dum dicunt, quòd priuilegium de non soluendis decimis non extenditur ad decimas, quæ de iure speciali per aliquos possidentur, quorum resolutionem dicit Rota apud Farin. *decis. 48. num. 9. part. 1. in recent. procedere in decimis, quæ ante Concilium Lateranense concessæ fuerunt in feudum in hæc verba: Quibus ex verisimili mente Papa non præsumitur præiudicatum ex tali priuilegio exemptionis: tū quia Papa probabiliter potuit ius, & possessionem illorum ignorare, & consequenter præiudicium, quòd eis inferebatur, cum regulariter laici sint incapaces iuris decimandi, & possessionis spiritualium, cap. causam qua de præscript. notat in capit. bene quidem 16. distinct. tum etiam, quia difficilius solet Papa iuri competenti laico ex sua concessione præiudicare, quam competenti Clericis, seu Ecclesiasticis personis, argument. in capit. cum dilectus de iure patronatus.**

31 Eandem conclusionem probat Peregr. *decis. 143. n. 19. vers. Nota tamen, vbi cū Ioan. Andr. ab eo citato resoluit priuilegium de nō soluendis decimis non intelligi de decimis de bitis laicis ex concessione, aut priuilegio anteriori propter præsumptionem, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & plura in hac materia ponderat Maurus *allegat. 49. n. 13. & allegat. 71. part. 2. Castillo tom. 7. d. cap. 36. num. 14. vsque ad 25.**

32 Quibus additur, quòd cum hæc priuilegia redundant in præiudicium Fisci, & Regij Patrimonij, nunquam intelliguntur derogata absque speciali, & expressa derogatione propter præminentiam Regum, vt in nostris terminis ponderat Rota apud Farin. *d. decis. 48. n. 8. p. 1. in recent. vbi disputando nostram questionem resoluit non prædesse dictum priuilegium in præiudicium Regis, ad quæ dictæ decimæ pertinent, vt patet ibi: Vel questio esset de decimis spectantibus ad Regem, vel ad aliam per-*

personam speciali nota dignam ad text. in cap. de multa in fine, ibi: Circa sublimes de pr. e. bend. cū alijs, de quibus per Nattam *conf. 686.* & idem in præiudicium illius cui pertinent decima ex causa onerosa, vt patet d. nu. 8. ibi: Vel spectantibus ad aliquem ex titulo oneroso, ad decisionem Mohedan. 350. alias 11. de iure patronatus.

33 Idem ponderat Castill *tom. 7. de tertijs d. c. 36 n. 28. col. 4. ipfius, vers. Respōde se lo quin to fol. 277. à tergo, & 278.* vbi plures DD. afferunt probantes priuilegia Regum non intelligi derogata, nisi fiat de eis specialis mentio, propter excellentiam, & præminentiam eorū.

34 Nec obstabit primò replicare prædicta priuilegia, præcipuè Clement. VIII. concessa fuisse ad instantiam D. Reg. Philippi III. & sic videri se velle comprehendere in exemptione decimarum sibi, & Regiæ Coronæ debitum.

35 Quia respondetur, quòd ad hoc probandum, solu ponderantur quædam verba enuntiativa apposita in dicta concessione, quæ nõ probant in præiudicium tertij, & sic intelligitur Clem. 1. de probat. vt per Frecciam de subfeud. lib. 2. quæst. 24. vbi in terminis dicit, quòd quando Princeps asserit pro parte Titij fuisse supplicatum pro expeditione priuilegij, non probatur in præiudicium Titij, quòd ipse impetrauit priuilegium: sequitur Anel. Amatus *conf. 1. n. 18. 19. & 20.* Paschal. de patria potestate part. 2. cap. 4. nu. 177. qui loquuntur in terminis legitimationis, quòd non præsumatur concessa ad patris instantiam, licet exprimat in legitimatione pro parte patris fuisse supplicatum: sequitur Riccius in praxi Eccles. fori *tom. 1. decis. 89.*

36 Et licet verè & realiter constaret de impetratione priuilegij, non sufficeret ad totale præiudicium, sed esset necessarium, quòd constaret de expressa voluntate D. Regis se velle in proprijs decimis præiudicari, alias enim præsumitur illas velle conseruare: quia in generali sermone nunquam intelligitur comprehensa persona loquentis, l. inquisitio, C. de solut. & in terminis hoc probat Bart. in l. licitatio, §. Fiscus, ff. de publican. vbi dicit, quòd priuilegium à ciuitate concessum super gabelarum perceptione non intelligitur, vt concessionarius possit ab ipsa ciuitate gabellas exigere: quia esset contra ipsam priuilegium retorquere, sequitur Peregrin. de iure Fisci lib. 6. tit. 5. num. 24. Azeued. in l. 3. tit. 18. lib. 9. n. 1. & 2. Trentacing. lib. 1. var. resolut. 5. de iure Fisci n. 23. Cancer. *tom. 3. c. 4. n. 218. 219.* Barbof. axiomaticæ 206. n. 2. 3. & 4. vbi alios citat.

37 Quibus conuenit quòd tempore expeditionis priuilegij Pontificij omnes decimæ dictæ Axaræ erant alienatæ, & super eis iura Regalia constituta, & sic exemptio præsentata à Monasterio esset in præiudicium tertij, & non D. Regis, qui tunc decimas non possidebat, nec erant in suo patrimonio,

Septimò dicitis ad stipulantur depositiones testium deputatorum probant in dicto Monasterium semper soluisse prædictas decimas Fisco, & suis administratoribus, & etiam constat de solutionibus dictarum decimarum factis à Monasterio à tempore suæ erectionis, quibus extantibus certum esset amississe prædictum priuilegium, licet comprehenderet istas decimas, capit. si de terra, cap. accedentibus de priuileg. l. 42. tit. 18. p. 3. Abbas *conf. 61. n. 7. lib. 2.* Felin. in cap. cum accessissent de consit. sub n. 5. Dec. n. 65. Mandel. *conf. 111. n. 22. & cōf. 112. n. 24.* & cū alijs Menoch. lib. 6. præsumpt. 41. n. 16. Acacio de priuileg. lib. 3. c. 15. nu. 24. Tapia in l. fin. de consit. Princip. 2. p. c. 1. n. 1. cum seqq. Faber in suo Codice lib. 7. tit. 13. de præscript. 30. vel 40. annorum diffinit. 10.

38 Et ex alia ratione hæc priuilegia obstare non possunt Fisco, quia Pontifex ea concessit cum clausula, dūmodo essent in vsu, & cū de hoc non constet, sed potius de vsu contrario resultante ex conuatis solutionibus supra relatis, nullo modo possunt eis prodesse.

39 Octauò, quia licet priuilegia Monasterij essent sufficientia ad exemptionem à decimis, nullo modo posset eis iuari, cū per 40. ab hinc annis semper soluisset prædictas decimas Regio Fisco, & suis administratoribus: & secundum opinionem magis strictam, ad hoc vt amittatur priuilegium negatiuum de non soluendis decimis sufficit 30. vel 40. annorum spatium, vt per Bart. & alios in l. fin. ff. de consit. Princip. Mandol. de priuileg. ad instar glos. 15. nu. 22. *tom. 18. tract. diuersorum fol. mihi 136. col. 4.*

40 Et extante manifestatione facta per Monasterium fisci administratoribus de oleo suo ad effectum solutionis decimarum, sufficiebat minoris temporis spatium ad hoc, vt intelligatur renuntiatum priuilegium, & vnicus actus sufficiebat, vt cum Cino. Bart. & alijs tradit Mandol. d. glos. 15. n. 23. vbi dicit quòd quādo contrauentio est vniuersalis quoad omnes actus: vel ab actu in quo quis contrauenit ceteri actus dependerent, veluti si exemptus à gabellarum solutione pateretur se scribi in libro communis æstimi, nam licet iste exemptus ex vnica solutione non amitteret priuilegium, nisi quoad illum actum, quia est actus particulares alios non concernens, tamen pariens se scribi in libro communis æstimi amitteret priuilegium, quia huiusmodi contrauentio est actus vniuersalis, à quo ceteri dependent respiciens etiam solutiones futuras, l. voluntaria vbi, Cino & alij, C. de excusat. tutor. Innocent. in cap. accedentibus in fine de priuileg. Bart. in l. 2. in fine, ff. de Decurion.

41 Nec contra supra dicta obstabit ponderare probationes immemorialis præscriptionis factas per Monasterium super non solutione decimarum, quia testes ab eo adducti, non

non probant in memoriam eam requisitis, l. 41. *Taxi*, & quando concluderent, essent nullius momenti ex ante dispositione, l. 1. tit. 21. lib. 9. *Recop.* supra ponderata, quia licet loquatur in exactione tertiarum, idem procedit in alijs decimis ad Fiscum pertinentibus, ut aperte probatur in l. 1. tit. 5. lib. 2. *Recopil.* in qua tã de decimis tertiarum, quã de alijs Fisco debitis pariformiter determinat, & iuxta resoluta per Peregr. *de iure Fisci* lib. 6. tit. 8. *de prescript. Fiscalibus* n. 2. 3. & 4. requiritur prescriptio centenaria contra Principem ad acquisitionem alicuius rei sui patrimonij, & cum ista decimã sint incorporata Regio patrimonio, nulla potest super eis cadere prescriptio, ut dictum remanet in allegatione antecedenti ex num. 13. & ita resoluit Castillo tom. 7. *de ter. t. y. d. c. 36 n. 49* & alibi *supè*.

42. Quibus convenit, quod cum Regio Fisco competat ius vniuersale exigendi decimas in omni territorio de Avatafe, tam a laicis, quã ab Ecclesiasticis, ut probatum est, licet probaretur per dictum Monasterium nunquã soluisse decimas, non obstat administratoribus portæ oleariæ, quia cum non constet de exactione per illos facta ab alijs Ecclesiasticis habentibus oliueta in dicto territorio sufficit ad conseruationem iuris sui respectu Monasterij, ex doctrina Bart. in d. l. *licitatio § earum*, ff. *de publican.* sequitur cum alijs Peregrin. lib. 6. tit. 8. *de prescript. Fiscalibus* n. 30. & in solutione decimarum circa possessionem idem tradit Moneta *de decim. c. 8 q. 3. nu. 31* Marescot. lib. 1. *var. cap. 11 n. 27*. Posthio *de manutent. obseruat.* 73. n. 154. cum seqq. & plura circa materiam cumulat Castillo tom. 7. *cap. 33.*

43. Quibus ad stipulatur animaduertere, actum non soluendi decimas esse negatiuum, & ad hoc ut Fisco aliquod præiudicium genere potuisset ex non solutione, necesse erat adesse petitionem fisci super decimis, & quod Monasterium illas negaret, & fisco huic contradictioni acquiescisset, iuxta gl. in l. *qui luminibus*, verb. *Formam* ff. *de seruitut. urb. præd. cõmuniter* ab omnibus receptam, quam ad effectum solutionis decimarum admittit Rota apud Seraphin. *decis.* 1102. vbi cum ista prescriptio

Generatiua, id est potest, sed debent ita coartare negatiuam, ut concludant maximè nõ docto de interpellatione soluendi, & negatione cum acquiescentia capituli, iuxta notata in l. 1. *C. de seruitut. § aqua*, vbi Bart. & Paul. Ias. in § *equè si agat* n. 41. *inslit. de act.* idem tradit Rota per Fatinac. *decis.* 213. nu. 4. tom. 2. in posthum. Posthio *de manutent. obseruat.* 10. n. 101. vbi assertit quãdam decisionem Rotæ apud Burat. in vna *Placentin. decimarum*, quæ est *decis.* 572. n. 12. & 13. inter *decis.* Burat. in qua Rota exclusit prescriptionem de nõ soluendis decimis, quia nõ fuit probata acquiescentia capituli post repu-

gnantiam, & negationem illorum qui debebant soluere: & late probat Rouito *decis.* 97. num. 4. & per tot. Thoro *allegat.* 6. nu. 8. & 9. post *decis.* *Salernitan.*

44. Nec obstat si dicatur, solutiones factas fuisse ab aliquibus Religiosis dicti Monasterij, & sic nullo modo potuisse præiudicare Monasterio.

Quia respondetur, quod administratio rerum & bonorum patrimonij semper remanet penes oeconomicos, & procuratores Monasterij ad id deputatos, & acta facta per illos præiudicant Monasterio, tanquam si omnes in dictis actibus conuenissent, & sic solutiones factæ per ipsius procuratores probant scientiam Religiosorum dicti Monasterij, & eis præiudicant, ex traditis à Posthio *de manutent. obseruat.* 73. n. 67. cum duob. seqq. ibi: *Præsumeretur etiã mandatum ex ipsa solutione, maximè in notabili quantitate, cum nemo præsumatur, velle iactare suli, & concurrentibus alijs adminiculis & coniecturis, ut si præcesserit obligatio Cameralis de soluendo, & solutio fuerit facta cum scientia debitoris, Cencio de censibus d. p. 2. c. 2. q. 5. art. 4. n. 17. & 18. & ibi Rota *decis.* 239. in fin. & *decis.* 250. n. 6. & post additiones eiusdem *decis.* 87. nu. 5. & seqq. Gratian. *disceptat. forens.* d. c. 113. n. 57. & seqq. & c. 310. n. 47. & iterum Posthio *d. obseruat.* 73. n. 73. vbi idem cum pluribus DD. resolut: quam conclusionem probat etiam Rota apud Burat. *decis.* 593. n. 8. & ibi *addit.* n. 12. vbi quod mandatum præsumitur ex impensa in negotio facto, præcipuè si sit in notabili summa, & num. 15. addit hoc præsumptum mandatum sufficere, etiam stante statuto requirente, quod mandatum producat, & registretur in actis, & num. 16. exemplificat expensam in vno ducato, ad hoc quod dicatur notabilis, & operetur præsumptionem mandati: & ita intelligenda, & explicanda sunt à me resoluta *allegat.* 2. num. 87. nam procedit respectu causæ piæ, & minorum, quorum iura facta administratorum præiudicari non possunt, secus verò in iuribus Monasterij, quia respectu ipsius præsumitur procuratorem habuisse sufficiens mandatum ad soluendum, & renuntiandum priuilegio exemptionis.*

ad hoc quod factum procuratoris noceat Monasterio, debebat habere scientiam rei ab eo gestæ capitulariter, iuxta tradita à Surd. *consil.* 28. n. 104. cum seqq. quia responderetur distinguendo duos casus.

Primus est, quando dubitatur, an propter factum cuiusdam Religiosi amittatur ius Monasterij: & tunc certum est nullo modo præiudicatum remanere: & in his terminis loquitur cap. *cum accessissent de constitut.* & l. 1. *C. de his qui sponte munera subeunt.*

46. Secundus casus est, quando agitur, an Monasteriũ, aut Ecclesia amiserint priuilegiũ suum

suam per non usum, aut contrarium usum, & in hoc casu sufficit contrauentio, aut inobseruantia ad hoc vt amittatur priuilegium. licet non probetur hoc factum fuisse capitulariter: & ita procedunt *text. in cap. si de terra, cap. accedentibus de priuileg. cap. de quarta de prescript.* & ita tradit Innocent in d. cap. accedentibus, & ibi Abb n. 5. & in cap. cum accessissent nu. 8. de constitut. ipse Abb conf. 61. n. 7. vers. Nec obstat si dicatur lib. 2. vbi ponit hoc dubium, & resoluit, quod licet factum singulorum de vniuersitate non possit reliquis, nec vniuersitati preiudicare, dicit hoc esse limitandum, si actus contrauentionis essent tanto tempore continuati, quod verolimiliter venissent in notitiam reliquerum de vniuersitate, quia tunc omnibus preiudicant: quod sequitur Felin. in cap. cum accessissent de constitut. n. 29. vers. Tertio limita, & ibi Decius nu. 94. & 95. Lanario conf. 14 n. 5. Cancer. l. b. 3. variar. cap. 14. n. 117. vsq; ad 121 Capiblanco. de Baronib. lib. 2. cap. 5. n. 5. vers. Vltimus nota.

47 Hac lis habuit initium ex eo, quod dictum Monasterium conabatur se excusare a manifestationibus & registris consuetis fieri per omnestam laicos, quam Ecclesiasticos suorum fructuum existentium in territorio de Axarafe, & in hoc iniuriam faciebat administratoribus fidei, quia licet vera esset sua exceptio a dimidia gabella, & a decimis suorum fructuum olei, debebat eos manifestare coram administratoribus, vt probat Bald conf. 79. lib. 2. & alijs pluribus congestis tradit Gralis de effect. cleric effectus 3. n. 257. 258.

48 Quia qui habet ius exigendi decimas, potest compelere possessores fructuum, vt eos manifestent, ne occultentur, vt post Couar. & alios tradit Franchis decis. 117. Cancer lib. 1. cap. 23. de decim. n. 7. in 2. editione & lib. 3. cap. 13. n. 372. Thesaur. quest. 9. lib. 1. Gutier. canonic. lib. 2. cap. 21. nu. 49. Maltrillo de magistrat. lib. 4. cap. 18. n. 8. Nonar. de grauam. vassallorum tom. 1. grauamine 308 per tot. Barbof. de Paroch. cap. 28. § 1. n. 44. & in collectan. capit. tua el. 2. de decim. n. 7. pag. 253.

Lis, de qua in hac, & in precedenti allegatione, magna contentione fuit prosequuta in Senatu Regij Patrimonij, sed quia de puratio fuit finita per extinctionem contractus inter de puratos, & Regium Fiscum iniri, amplius de ea actum non est: sed cum nunc cura huius causae ad Regium Fiscum solum pertineat, felicem exitum breuiter spero, interueniente praesertim directione & patrocinio D. Licet. D. Didaci Altamirano quondam nostri Collegae, & inter primarios huius Curiae Advocatos celeberrimi, qui nunc ob sua innumerabilia merita in dicto Senatu Fiscij Patroni munere dignissime fungitur.

SVMMARIUM Allegationis 40.

1 Præsentio partis proponitur, & num. 2. & 3.

- 4 Præsuppositum in facto.
- 5 Defensio partis ad tres reducit exceptiones, v. que ad num. 7.
- 8 Confessio dotis recepta à marito facta sibi, & suis heredibus, non verò tertio ab eo causam non habenti præiudicat.
- 9 Vera, & actualis numeratio dotis necessaria est, & quod de ea consuet quando agitur de exigenda dote ex bonis vinculo subiectis in successoris præiudicium, & non sufficit confessio de dote recepta.
- 10 Confessio dotis recepta tertijs præiudicat, cum matrimonium dotis promissio præcessit.
- 11 Quod non procedit, quando agitur contra bona maioratus, & adsunt fraudis possessoris aliqua coniectura, & n. 12.
- 13 Fraudis in præenti interuenientis quinque præsumptiones considerantur, vsque ad n. 19.
- 15 Dos, quamuis possit formar ex nominibus debitorum, quando agitur de eius exactione à viro, aut eius heredibus facienda, debet constare de debito, & eius exactione per instrumentum.
Et expensa facta in exigendis his debitis dotes minuunt.
- 17 Estimatio bonorum mobilium in dotem datorum, quomodo debeat fieri ad hoc vt successor maioratus teneatur.
Alienatio bonorum maioratus ex facultate Regia pro dote obligatorum, quibus solemnitatibus interuenientibus facienda sit.
- 18 Alienandi facultatem habens à testatore, bona fide procedere debet, & eius confessio de pretio recepto non obest.
- 19 Arrha non possunt exigi, nisi vxor probauerit decimam bonorum mariti partem non excedere, præcipue quando eas non possidet, sed vt actrix petit.
- 20 Arrhis promissis à maioratus possessore, qualiter bona maioratus estimanda sint, ad hoc vt percipiatur, an excedant decimam bonorum partem.
- 21 Valor fructuum maioratus debet considerari deductis oneribus, & annuis redditibus, qui ex eis soluntur.
- 23 Facultas Regia concessa ad obliganda bona maioratus pro arharum restitutione, non supplet defectum excessus decimae bonorum partis, quia cum in illa promissione duplex defectus interueniat, vterque debet sanari.
- 25 Exceptio 2. in duo media diuiditur, vsque ad num. 28.
- 29 Administrator, si est creditor illius, cuius bona administrat, præsumitur à se ipso suum creditum exegisse.
- 30 Tutor sicut potest creditori pupilli soluere, ita proprium creditum potest exigere à se ipso, & si non faciat, vsuras non potest petere: & idem procedit in negotiorum gestore.
- 31 Item heres præsumitur sibi soluere ex bonis hereditatis, quod procedit etiam si fecerit inuentarium, n. 32.

- 34 Actio hypothecaria ex suu natura est subsidia-
ria, & i leo tertius possessor ea non potest co-
ueniri, nisi principalis debitor non sit soluen-
do, vsque ad n. 36.
- 37 Tertius possessor potest repellere creditorem, qui
cum potuisset exigere ex bonis principalis,
ob negligentiam, vel culpam non exegit,
quamuis ad id non fuisset requisitus.
- 38 Obligatio bonorum maioratus semper intel-
ligitur subsidiaria, & in defectum bonorum
liberorum, & ideo Regie facultates id ex-
primunt.
- 39 Quod etiam procedit, quando agitur de dote
constituenda siue restituenda, iuxta authen-
ticam res qua, C. communia delegatis, & l.
mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.
nam prius debet precedere excussio in bonis
liberis.
- 40 Vxor qua hoc casu vult exigere dotem, &
arrhas ex bonis maioratus, debet probare
nulla exitisse bona allodialia tempore mor-
tis possessoris, tanquam intentionis sua fun-
damentum.
- 41 Maioratus enim hoc casu vti fideiussor subsi-
diarius dotis iudicandus est.
- 42 Natura obligationis, seu fideiussionis condi-
tionalis, est quod conditione non impleta fi-
deiussor nullo modo teneatur.
- 43 Negligentia in exigendo ex bonis allodiali-
bus, si fuerunt, excludit creditore, circa quod
tres casus considerantur, vsque ad n. 46.
- 47 Alienatio bonorum maioratus in defectum
bonorum liberorum obligationi subiectorum
est nulla, si alienationis tempore possessor ha-
beat bona libera.
- 48 Maritus qui pro dotis restitutione bona ma-
ioratus in defectum aliorum obligauit, si co-
stante matrimonio bona libera alienauit, &
vxor cum posset, hoc non prohibuit, an amis-
serit ius, quod contra bona maioratus habe-
bat, praecipue si talia bona alienata sint pe-
nes tertium possessorem, & n. 46 & 50.
- 51 Excussio in bonis liberis tam necessaria est ad
recurrendum ad bona maioratus, quod prius
debet lis agi cum tertijs possessoribus bonoru
debitoris principalis, quam cum fideiussore.
- 52 Vxor approbans alienationem constante matri-
monio factam, sibi praedudicat, & recursum
ad bona maioratus non habet, & n. 53.
- 54 Et idem est, si tempore soluti matrimonij sint
bona libera mariti, ex quibus dos posset sol-
ui, nam vxor non habet postea recursum co-
tra maioratum.
- 55 Opponitur in facto, & respondetur & n. 56.
- 57 Vxor post mortem viri bona allodialia eius ve-
dens, & estimationem recipiens, sibi praedi-
dicat, & non potest agere contra maioratus
successorem.
- 58 Differentia assignatur inter fideiussorem pu-
rum & subsidiarium ille enim ad hoc, vt li-
ber remaneat ob praedictam negligentiam,

debet requirere creditorem tempore habili,
vt exigat: ille vero cum non possit, nisi facta
excussione in bonis principalis conueniri, si
eius negligentia effectus fuit non solvendo,
liber manet.

Theſaurus decis. 125. n. 11. hoc modo expli-
catur, & num 59.

- 60 Quae differentia confirmatur ex l. fin. ff. de re-
bus creditis, & l. si fideiussores in id 42 ff. de
fideiuss. & alijs autoritatibus.
- 61 Item pro eodem adducitur Maurus Aretinus
de fideiuss. 2. p. principali sectione 10 §. 23.
pagin. 587.
- 62 Vxor, qua soluto matrimonio dotem potest ha-
bere ex bonis allodialibus mariti, si ob negli-
gentiam exactionem omittat, non habet re-
cursum ad maioratus bona.
- 63 Et idem procedit respectu tertij possessoris rei
hypothecae subiectae, nam si creditor culpa
sua, non exegit ex bonis principalis redditus
decursus, non potest pro eis eum conuenire.
- 64 Solutio semper applicanda est pro duriori, &
grauiori debito.
- 65 Et ideo pro eo, pro quo interuenit fideiussor, vt
remaneat liber.
- 66 Culpa est vendere magnum patrimonium pe-
cunia credita, praecipue homini non idoneo in
praedudicium maioratus.
- 67 Creditor hypothecarius habet vtilem actione
super nomine debitoris suo debitori debito,
& ita directe potest agere contra illud, absq;
aliqua cessione.
- 68 Excussio debet precedere in bonis liberis, vt
possit agi contra maioratum.
- 69 D. Molina dum lib. 4. cap. 7. nu. 17. dicit ex
aquitate creditorem habentem obligata bo-
na maioratus virtute facultatis Regie de-
bere actionem suam dirigere contra ea, reli-
ctis bonis liberis, alijs creditoribus, reproba-
tur, & quamplurimum grauissimorum autho-
rum resolutionibus conuincitur, & n. 70.
- 71 Sorte principali non debita, nullo modo possunt
deberi vsura, nec interesse.
- 72 Facultas Regia ad obliganda bona maioratus
pro dotis restitutione comprehendit etiam
redditus & interesse, remissive.

ALLEGATIO XXXX.

P R O

D. Anna Maria Guillamas Velazquez Marchio-
nisa de Lorianana, vt curatrice Marchionis
de Lorianana, Comitissae de Vzeda
eius filij.

C V M

Executoribus testamenti Marchionis & D. Mariae
Baçanmonialis, vxoris quondam Marchionis de
Lorianana, Ioannis Velazquez de Auila, & do-
mo Approbationis Societatis Iesu, dictae
Marchionis & cessionaria.

EPITOME ALLEGATIONIS.

- I Dos verè probanda est ab vxore eam exigere volente de bonis maioratus.
- II Præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt ad probationem simulationis confessionis dotis à viro emanatæ.
- III Arrhæ non possunt exigi, nisi vxor probauerit decimam bonorum mariti partem non excedere.
- IV Vidua, apud quam fuerant bona mariti tempore soluti matrimonij, de quibus dotem potuit exigere, præsumitur satisfacta.
- V Idem quando ob negligentiam, aut culpam, dotem de bonis liberis non exegit, permit- tens ea alienari, & ab alijs creditoribus posterioribus occupari.
- VI Molin. lib. 4. cap. 17. num. 19. 20. & 21. & num. 29. rejicitur.
- VII Dotis redditus vxori non debentur quâdo in illius exactio- ne fuit negligens.

Fuit etiam in Supremo Regij Senatus Tribunali causa agitata inter D. Annã Mariã Guillasas Velazquez, Marchionisam de Loriana curatricem Marchionis de Loriana Comitis de Vzeda eius filij ex vna parte, & testamentarios Marchionisæ D. Marię Baçan (quæ hodie monialis est in Regio Discalcearum cœnobio) quondam vxoris Marchionis de Loriana Ioannis Velazquez de Auila patris Marchionis litigantis, & domum Approbationis Societatis Iesu, vti cessionariam dictæ Marchionisæ ex alia.

2 Marchio de Loriana, & eius curatrix prætendebant reuocandam esse sententiam in hac causa pronunciatam per Supremum generalem Inquisitionis Senatam (vbi prius agitata causa est) die 7 Septembris anni 1621. qua ex fructibus, & maioratus redditibus solui iussu fuit dictæ Marchionisæ D. Mariæ à Baçan 5.

qs. 125 ff. maraper. quæ in dotem attulisse, & tradidisse dicto Marchioni de Loriana Ioanni Velazquez de Auila suo marito constabat per quandam scripturam inter eam & Marchionem celebratam die 3. Nouembris anni 603. virtute facultatis Regalis dicto Marchioni concessæ die 29. Maij prædicti anni.

3 Et quod dictus maioratus absolueretur ab hac condemnatione, ius suum in columnæ Marchionisæ referuando, vt ex bonis liberis mariti eam exigeret, & sententia confirmaretur quoad interesse, & redditus, qui Marchionisæ fuerunt denegari.

4 Litis factum in memoriali DD. Iudicibus exhibito continebatur, ex quo constat Marchionem in prima instantia nullam defensionem proposuisse, sententiamque visionis fuisse prolataam quasi in contumaciam, quia litem non fuit contestatus, & defensione proposita in reuisionis instantia coram Supremo Senatu, ad quem causa fuit deuoluta, tres exceptiones cõtra sententiam à Marchione propositæ fuerunt.

5 Prima contra dotis probationem.

6 Secunda, quod quamuis adesset dotis probatio, Marchionisæ ex bonis à suo marito relictis totam dotem exegit.

7 Tertia, quod dotis interesse non debetur.

EXCEPTIO PRIMA.

I Nutrimentum dotis, cuius virte Marchionisæ, & sui testamenti executores agunt non continet fidem veræ dotis numerationis, sed confessionem Marchionis, quæ, cum lis non sit contra Marchionem, neque eius hæredes, sed cõtra tertium ab eo causam non habentem (qualis est maioratus, & modernus Marchio illius successor, nullam fidem facit, nec maioratus successor præiudicat, Mieres de maiorat. 2. p. q. 2. nu. 30. Peregrin. de fideicommiss. art. 53. n. 61.

9 Et in specie, quod quando agitur de exigenda dote ex bonis vincularis in successoris maioratus præiudicium, quod non sit sufficiens confessio de dote recepta, imò necessarium sit, quod de vera, & actuali numeratione constet, probat Petra de fideicommiss. q. 8. n. 380. Peregrin. eod. tract. art. 42. n. 83. Menoch. lib. 4. præsumpt. 190. n. 50. Intrigliol. de substitut. cent. 3. q. 73. nu. 387. pag. mihi 205. Fofarius in simili tract. q. 532. n. 23. pag. 576 Sforcia de fideicommiss. ex prohibitione alienationis, q. 44. art. 7. n. 114. pag. 395. Cancr. lib. 1. variar. c. 9. n. 182. in 2. editione, Ferrer. super constitut. hac nostra 3. tempore declarat. 5. qui in terminis illius Constitutionis Cathalonisæ loquitur, quæ omnium bonorum vincularum mariti vltimum fructum vxori tribuit donec dos sibi integrè soluatur, & ibi latè hic Author fundat istam constitutionem in dote verè recepta procedere.

quantitatum solutionem.
 adis coniectura est respectu
 instrumēto inserta, in qua
 ubi non fuisse traditas qual-
 quæ ascendunt ad 24J233.
 solutionem prætendi non
 esse obligatum, cum Mar-
 erit.

coniectura est respectu 2. qs.
 componuntur ex argento
 supellectilibus pro dote ac-
 titate aestimatis, de qua aesti-
 lat, nec de nominatione pe-
 requireretur, & quod peri-
 nt iudicialiter, & præcedē-
 oratus citatione, vt in simili
 t. n. 174. vbi ait iudicis decre-

esse ad alienationem bono-
 n ex causa dotis, idem resol-
 og lib 4 c. 3 n. 44. & 45. &
 regulam quod quando fa-
 bonorum maioratus aliena-
 egali, opus est iudicis decre-
 tis, & cæteris solēnitatibus,
 inorum bonis requiritur.

facit etiā quod dicit Peregr.
 de illo, qui à testatore facultas
 habet, quod bona fide debet
 quod eius confessio de pretio
 sit.

postrema coniectura est res-
 ad quarū obligationē quoad
 mille ducatorū facultas Re-
 & non potuit decimam bono-
 rarchionis excedere, iuxta le-
 1. tit. 2. de las arras, quæ ob-
 l. 30. Tami, l. 2. tit. 2. lib 5.
 atrim lib 6. disputat. 29. n. 1.
 tis progressu non constat,
 ijs inuenitur probatum, de-
 Marchionis partem tam li-
 maioratus capere dicta sex
 hoc sit fundamentum peti-
 præcipuè quando eas vxor
 vt actrix eas petit, vt cū pluri-
 lib 6. disputat. 35. n. 2. Quam
 veriore Ceval. 3. p. 9. 849.
 obliant, & allegat. 17. ad fi-
 sum retuli.

si contra hoc primò oppo-
 de Loriana, quam pluri-
 re: quia respondetur Marchio-
 comilit, non esse habēdom,
 am bonam in proprietate,
 sed

11 Nihilominus tamen, cum agatur de ter-
 rij præiudicio (qui est maioratus) & de vsu, &
 facultatis Regalis executione, quæ ad vnguem
 exequi debet, vniuersi DD agnoscunt mate-
 riam esse coniecturalem, & confessionem nõ
 valere, cum adsint in præiudicium maioratus
 coniecturæ, quantumvis promissio præcē-
 rit, vt expressè tenet Fufar. *conf. 23. & de sub-
 stitut q. 533. n. 28* vbi ait, quod quamuis con-
 tra creditores confessio de dote recepta pro-
 fit, post lapsa tempora opponendi exceptio-
 nem de dote cauta, & non numerata, hoc ta-
 men non procedit in bonis maioratus in suc-
 cessoris præiudicium, ne sit in facultate posses-
 foris sua confessione fideicommissum subuer-
 tere absque eo quod possit successor aliquod
 remedium habere contrariam deinde faciens
 probationem.

12 Idem in specie resoluit Ferrer. *in d. cõ-
 stitutione hac nostra, tempore 3. dict. declaratione
 5. n. 17. 18. & sequenti.*

13 Etenim in dotis confessione, quæ Mar-
 chio D. Ioānes de Auila fecit, quinque adsunt
 fraudis præsumptiones inuitabiles.

14 Prima est respectu 6J. ducatorum, quæ
 dotis scriptura refert exacta fuisse in diuersis
 partitis, ex bonis status Sanctæ Crucis ex red-
 ditibus census 10J. ducatorū capitalis, in qua
 partita clara æquiuocatio, & error inueni-
 ur, aduertēdo quod census fuit institutus die 20.
 Januarii anni 601. & dotis scriptura celebra-
 ta fuit die 3. Nouembris anni 603. atque ita
 redditus illius census ferè 1500. ducat. sum-
 mauerant, & per consequens Marchio dicta
 6J. ducata non poterat exegisse.

15 Secunda autem fraus est respectu 2. qs.
 maraper. quæ Marchionisa Rex donauit ob
 seruitium in Reginæ famulatu præstitum, &
 mille ducatorum ei pro veste præstitorum, &
 aliorum mille ducatorum, quæ asserit D. Pe-
 trum Baçan ei elargitum fuisse: & cum sint hæ
 quantitates eius conditionis, vt in pecunia nu-
 merata solui non soleant, sed in solutionū pi-
 ctaciolis, dos respectu huius quantitatis confi-
 stet in nominibus debitorum: & quamuis ex
 eis dos possit formari, iuxta ea quæ notantur
 in l. Marcia soluto matrimonio, & explicat Bar-
 bos. in l. aestimatis eod. tit. n. 7. 8. & seq. erat ne-
 cessarium quod Marchionisa ostenderet se esse
 creditricem, & adhuc sibi ista credita deberi,
 iuxta notata in l. si nomen, ff. de hered. vel actio-
 ne vendit. ad idque tradenda erant instrumēta,
 quæ debita, & pecuniarum exactionem pro-
 basset, vt tradit Rota apud Ludouic. *dec. 579.*

gatus ad harum q.
 16 Tertia fr.
 clausulæ in dotis
 Marchio fateatur
 dā dotis partitas
 regal. ad quarum
 potest maioratus
 chio eas non exe-

17 Quarta
 125J. marap. quæ
 elaborato, & a
 ceptis in hac qua-
 matione non con-
 ritorata, cum ho-
 ti hæc bona taxa-
 te successoris ma-
 tradit Fufar. q. 5.
 tum necessarium
 rum vinculatoru-
 uit M. lin. de pri-
 seqq. vbi constitu-
 cienda est aliqua
 tio, ex facultate re-
 to præconijsedi-
 vt in vendendis r-

18 Ad idem
 art. 40. num. 60.
 tatem alienandi
 procedere, &
 recepto non ob-

19 Tandem
 respectu arrharum
 quantitate sex
 galis expressa qst
 norum partem
 gem fori, quæ est l.
 seruari iubetur p
 Recop. Sanch de
 & ex toto huius
 nec à testamēta-
 cimam bonorum
 berorum, quæ
 mille ducata, cū
 tionis arrharum
 non possit, sed
 bus tradit Sanch
 opinionem dici
 n. 11. & ita praxi-
 nem, ita fuisse dec-

20 Nec obst-
 natur, maioratus
 redditibus abū-
 nem, qui arrhas
 tanquam domi-

sed tanquam illam, qui eis fruitur quoad viuat ex his quæ tradit Molina *lib. 1. c. 19 n. 41. & sequenti*, Sanchez *lib. 6 disputat. 31.* qui dui dicitur refert opiniones circa redditus ad vitam æstimationem ad hunc effectum, & Escobar *computat. 2. per totam.*

21 Et nec secundum hanc computationem probatum est, quod arrhæ decimam non excedant, ignorantur enim maioratum fructus, & ad computum certum faciendum, fructuum valor calculari debebat deductis oneribus, & annuis redditibus, qui ex eis soluuntur, ex his quæ tradit Sanchez *lib. 6 disput. 30.*

22 Nec obstat si secundo opponatur, dictam Regiam facultatem suppleuisse defectum, qui potuit in arrharum excessu considerari.

23 Quia Regia facultate dictæ obstantiæ, & duo defectus suppleri erant: primus arrharum excessus, secundus earum constitutio super bonis maioratus in successorum præiudicium, & ut omnia firma remanerent, & supplerentur prædicti defectus, necessum erat facultatem utrumque defectum comprehendere, & eos dispensare, ut plene tradit Sanch. *de matrim. lib. 8 disput. 23.* Garcia *de benefic. p. 8. c. 3. n. 54. & 55.* Barbosa *de Epi. cop. alleg. 45 n. 3. & allegat. 114. n. 24.* Et hæc dispensatio in excessu specialiter debebat providere, & non sufficere, quod facultas permitteret arrharum promissionem, quia hæc permissio debet intelligi prout de iure, & dummodo in promissione arrharum excessus non interueniret, ut probatur in *l. si quando, C. de inoffic. testam. & ibi notat Bald. & Salicet. Mier. p. 1. q. 1. n. 147. 148. in 2. edit.* vbi in terminis dicit, quod facultas Regia ad meliorandum filium non potest extendi ad hoc, ut possit ratione dotis filia meliorari; optimè Rota apud Farinac. *decis. 653. num. 5. & 6. tom. 1. in recent.* quæ loquitur in pulchro casu.

24 Ex quibus patet dotem & arrhas actricis notorios pati defectus.

SECUNDA EXCEPTIO.

25 **E**X actis constat Comitæ de Vzeda plurima bona reliquisse, quæ apud se habuit, & retinuit Comitissa Actrix, ex quorum valore poterat dotem & arrhas exigere, quod si non fecit, eius negligentia & dolo imputandum est.

26 Et ita Marchio de Loriana modernus maioratus successor duo habet media ad exclusionem Comitissæ.

27 Primum, quando bona à Marchione possessa essent libera, & conueniretur actione hypothecaria ad illorum relaxationem.

28 Secundum, quia bona possessa à Marchione sunt maioratus subiecta, & ea Comitissa vult distrahere virtute Regiæ facultatis.

Primum medium.

29 **H**oc comprobatur, nam cum bona in Huentarij post æstimationem, & vendi-

tionem possedisset Marchionisa, & ea domi apud se haberet, ex illis sibi soluisse præsumitur, & ideo inquietare non potest tertios possessiones bonorum mariti, quæ sunt in subsidium obligata actione hypothecaria, ex Authent. *hoc si debitor, C. de pignoribus.* & ita in specie probat Angelus *per text. ibi in l. sed si damnnum, §. peculium, vers. Nam ut eleganter, ff. de peculio,* vbi quod si administrator est creditor illius, cuius bona administrat, præsumitur à se ipso suam creditam exigisse, quod latè exornat Afflict. *decis. 13. n. 16.* Surdus *plene conf. 29. & nu. 33. & seqq. vol. 2. & de alimentis tit. 3. q. 7. nu. 22. fol. 135.* Camill. *de Medicis conf. 123. num. fin.* Molfes. *ad consuetud. Neapolit. tom. 2. tit. de iure dot. in additione ad q. 9. & 10. & 11. pag. 208.* qui loquuntur de vxore possidente sufficientia bona mariti ad solutionem dotis, ex quibus præsumitur sibi soluisse, Gratianus *tom. 1. dist. ceptat forens. c. 129. n. 27. & tom. 2. c. 214. nu. 5.* Marefcotus *lib. 2. var. cap. 121. n. 68.* vbi declarat hoc procedere quando bona, quæ vxor possedit, sunt sufficientia pro solutione dotis, quod sequitur Zachias *in addit. ad Galles. de obligatione in forma Camera, q. 17. nu. 36. 37. & seqq. pag. mini 100.* qui sequitur eandem distinctionem, Guterrius *de turylis 2. p. cap. 9. nu. 51.* Ioanes Andreas Georgius *alleg. 36. nu. 9.* Palchalis *de patria potest. 3. p. cap. 10. num. 43. pag. mihi 429.* qui in hunc modum conciliat opiniones DD. Cæsar manent. *decis. 76. num. 12. 13. & seqq. Aretin. Junior de solut. c. 71. nu. 4.* Rota per Burat *decis. 862. n. 3. & ibi additio littera A pluribus relatis probat exceptionem administrationis tutelæ repellere vxorem à dotis repetitione, quando constat ad eam tot bona ex tutela peruenisse, quæ sufficienter ad exactionem suæ dotis, eadem Rota apud Cocciannum in vna Rom. redd. rat. Luna 25. Maij 1626. quæ reperitur in decis. 14. tom. 5. in recent. nu. 8. 9.* vbi eadem conclusio latè confirmata fuit alijs pluribus decisionibus citatis de præsumptione satisfactionis dotis, quæ oriebatur ex eo, quod ad eius manus tot bona peruenissent, quæ sufficienter ad solutionem dotis; eadem Rota *decis. 130. n. 15. 16. d. tom. 5. in recent.* Duran. *decis. 258. n. 14.* Ludouicus Sacca *conf. 61. nu. 2.* vbi probat eandem conclusionem, quod vxor petens dotem ab hæredibus mariti potest exceptione præsumptæ solutionis remoueri, ex eo quod bona mariti apud se habuit, & administrauit, Cancer. *lib. 1. var. c. 7. n. 112. in 2. edit.*

30 Quæ conclusio probatur (præter *l. sed si damnnum, §. peculium, ff. de peculio,* in qua fundatur Angelus) ex *l. quoties, §. sicut autem, ff. de administrat. tutor.* vbi tutor, sicut potest creditori pupilli soluere, ita propriam creditum potest exigere à se ipso, quod si non fecerit, non poterit à pupillo vsuras exigere, idem probatur in *l. debitor, ff. de negotijs gestis,* vbi gerens aliena negotia debet sibi satisfacere, aliàs dicitur in

culpa, & si casu aliquo pereat pecunia, amittit suam creditum, *l. diuortio, §. i. l. m. a. u. t. e. m. ff. de negotijs gestis*, vbi glossa subdit administratorem, qui sibi non soluit, in hoc puniri, quod non potest vsuras sui crediti petere, late *Surd. conf. 290. n. 33.*

31 Et in hærede, quod præsumatur sibi soluisse, est *text. in l. debitori, C. de pact. l. s. h. r. e. u. m. §. additio ff. de solution. l. Vranus Antoninus, ff. de fidei. s. s. o. r.* & sic in hac specie notauit *Bart. in dict. l. peculium la 2 ff. de peculio*, vbi quod creditor succedens debitori præsumitur sibi ipsi soluisse, sequitur *Paul. ibi n. 2. Surd. d. conf. 290. n. 34. & 35. Socini; Iunior conf. 170. n. 8. lib. 2. Tuschus litt. H. concl. 32. n. 4. Aretinus de solut. c. 2. §. 11. pag. 13.* vbi quod aditio hæreditatis vicem solutionis obtinet ad extinguendum debitum dotis.

32 Quod procedit, etiam si hæres fecerit inuentarium, quia quando ex eo apparet bona sufficientia ad satisfactionem crediti ad hæredem peruenisse, præsumitur sibi soluisse, *Gabriel conf. 125 num. 12. lib. 1. Surdus decis. 171 num. 1. & sequentibus, Menoch. conf. 183 n. 35. Seraph. decis. 967 Rota decis. 680.* vbi ampliat in quocumque administratore *num. 5. & 6. p. 1. diuersorum, Gratianus tom. 2. cap. 214.* late *Marescot. variar. lib. 1. cap. 37 & per tot.* quod huic casui adaptatur: nam Marchionisa fuit etiam hæres Marchionis eius mariti in tertia parte bonorum.

33 Nec obstat replicare, quod quauis Marchio de Loriana reliquerit hæc omnia bona, Marchionisa ea non possedit, cum statim ingressa esset religionem post Marchionis mortem.

34 Quia possessori bonorum mariti (qui actione hypothecaria conuenitur) sufficit ad eam excludendam probare maritum sufficientia bona reliquisse ad solutionem dotis, & quod ex eis potuit sibi soluere vxor, quod ob negligentiam non fecit, quia cum actio hypothecaria ex sui natura sit subsidiaria, tertius possessor non potest conueniri, nisi principalis debitor non sit soluendo, vt in *Authentic. hoc si debitor, C. de pignor.* cuius decisio etiam procedit in dote, vt per *Bald. in l. 2 sub num. 3. vers. Et caue ne erres, C. commun. diuidund. Pacian. de probat. cap. 46. n. 18. Manent. decis. 28. n. 6 & 7.* Atque ita idem est, quod debitor bona habeat, ex quibus possit soluere dotem, vel quod non habeat, si desijt habere, ob negligentiam, vel culpam creditoris, vel mulieris dotem repetentis, vt in specie tradit *Roman. conf. 187. num. 4. & sequentibus*, vbi consuluit, quod ex quo maritus fuit exul à ciuitate, vel tanquam bannitus, & interim ad mulierem, tanquam ad negotiorum gestricem peruenierunt pecuniæ sufficientes ad dotem ex bonis ipsius viri, quod si sibi pro dote non consuluit, hypothecaria actio est extincta, ita quod non potest agere contra bona, quæ

fuerunt mariti: sequitur *Surd. d. conf. 290. n. 33. post medium. Paschal. de pat. a. potest. p. 3. c. 10. n. 42. vers. Imò est in culpa* late *Barcio omnino videndus decis. 72 n. 9. & seqq.* vbi loquitur in indiuiduo in tertio possessore, qui conuenitur actione hypothecaria, quod liber à creditore remaneat, & cum possit repellere ob negligentiam, quam habuit in exactione crediti, & dicit negligentiam consistere in eo quod fuissent bona, ex quibus non exegisset, cum potuisset, quauis non fuisset requisitus, quia debuit sibi prospicere, & vigilare, *& n. 20 & 21.* sequitur *Bartius Roman. d. conf. 187.* idem tradit *Fontanel la de pactis nupt. tom. 2. claus. 6. gloss. 1. p. 2. ex n. 66. & claus. 7. gloss. 3. p. 7. n. 27 pag. 703.* vbi refert, & sequitur *decisionem* *Barcij.*

35 Cum quibus concurrat, quod Marchionisa nunquam allegauit, nec probauit dictorum bonorum exitum, nec in quam rem conuersa fuere, & certum est ea bona eius hæredes possidisse, ex quibus potuerunt dotem facile exigere.

Secundum medium.

36 **E**X supradictis hoc medium confirmatur, & ratio exclusiua iuris Marchionisæ augetur.

37 Quia Marchio non conuenitur vti bonorum liberorum possessor, quæ fuerunt Marchionis aunculi, quæ possent cadere in hypotheca generali bonorum, & omnia quæ possidet, sunt maioratui subiecta, & vt possent obligari, necessaria fuit Regia facultas, quæ concessa fuit, & non absolute, sed tantum vt in defectum bonorum liberorum obligari possent fructus prædicti maioratus, & sic à fortiori existetia bonorum liberorum prædicti Marchionis tempore mortis Marchionisæ prætensionem excludit.

38 Primo, quia in materia *Authentica res que C. commun. de legat.* (cuius decisio proprie procedit in dote constituenda descendenti ab institutore fideicommissi) erat ingens questio, an extendi deberet ad dotis restitutionem, sed cessat ex expressa decisione eiusdem Regiæ facultatis, in qua dicitur dotem, & arrhas ex fructibus bonorum maioratus esse restituendas in defectum bonorum liberorum, sequendo in hoc propriam naturam Regiarum facultatum, quæ non habent locum, nisi in defectum bonorum liberorum, *l. pater filium, ff. de leg. 3. & pro regula const. firmat Mol. lib. 4. c. 3. n. 5. & c. 7. in princip. Franch. decis. 519. nu. 3. & ibi Amendol. in addit. n. 3. Peregr. art. 42. nu. 1. & 30. Marta vot. 4. n. 1. Surd. decis. 62 n. 4. Seraph. decis. 368. n. 1. Ioseph. Ludovic. decis. Lucen. 28. n. 89. vers. Declaratur tamen, Rota decis. 619. n. 1. p. 1. diuers. Rota apud Ludouic. decis. 266. n. 10. & decis. 544. nu. 2. Milanens. decis. 7 n. 58. lib. 1. Manentus decis. 78 n. 5. Viuius decis. 8. n. 27. lib. 1. Fontanel de pact. nupt. to. 1. claus. 4. gloss. 10. p. 2. n. 30. & tom. 2. claus. 5. gloss. 1. p. 2. n. 9. & num. 110. Giurb. ad consuet. Messan. p. 2. cap. 1. gloss. 2. nu. 106. Cancr. variar.*

riar. lib. 1. cap. 9. numer. 173. in 2. editione.

39 Et in specie in materia authenticæ res quæ idem decidit Molin. lib. 4. c. 6. n. 15. & 16 & ad hoc etiam ponderatur ipsa *Authentica res quæ, C. commun. delegat. & l. mulier, §. cum proponere retur, ff. ad Trebell.* & est opinio praxi receptissima, quod siue agatur de dote restituenda, siue constituenda, prius semper executio in bonis liberis facienda est, & eis extantibus non possunt alienari, nec apprehendi vinculata, ut pluribus relatis tradit Giurb. decis. 31. n. 20 & ad consuetudin. Messanen. cap. 3. glos. 1. nu. 10. Costa Siculo conf. 89. n. 5 & 6. lib. 1. Merlino delegit. lib. 2. tit. 1. q. 9. n. 6 Fontan. de pact. nuptial. tit. 2. claus. 5. glos. 1. p. 2. nu. 9. pag. 29 Ramon conf. 1. n. 52. Fufar. de substitut. q. 531. nu. 121. Manent. decis. 28. n. 4 & 5 & pluribus relatis Ferrer. in constit. hac nostra 3. temp. declaratione 6. n. 78. pag. 571. & nu. 86. & 87. Marta in summa success. legalis 4. p. q. 21. art. 10. nu. 6. pag. 379. & art. 17. n. 79. & 80. 81. pag. 444. Cácer. lib. 1. var. c. 9. n. 173. in 2. edit. & alij ex citatis sup. n. 38. loquuntur in his terminis.

40 Secundo, nam in hoc casu expressè facultas, qua usus fuit Marchio de Loriaña, & dotalis scriptura in Marchionis favorem facta, continent subsidiariam, & conditionalem obligationem, ut allodialibus bonis deficientibus ex maioratus fructibus arrhæ, & portio rata dotis exigantur: itaque Marchionis debet probare nulla extitisse allodialia bona tempore mortis Marchionis, uti suæ intentionis fundamentum, ut tradit Mol. lib. 4. c. 7. nu. 34. & 35. Gabriel conf. 118. n. 6. & 7. lib. 1. Peregrin. art. 49. nu. 22. Auend. de censib. c. 63. n. 12. & 13. Leo decis. 171. per tot. p. 2. præcipue ex n. 4 Costa Siculo d. conf. 89. n. 9. & 10. Cencius de censib. p. 1. c. 2. q. 1. art. 6. n. 23. pag. 31. Fufar. de substit. q. 531. n. 124. & 125. Cácer. lib. 1. var. c. 9. nu. 174. vers. 1. contrariam partem, latissimè Fontan. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 1. p. 2. ex n. 18 cum plurib. seqq. legendus ex n. 12. ubi latius cæteris hanc quæstionem disputat, & resoluit contra viduam, quod teneatur probare defectum bonorum liberorum ad hoc, quod possit actionem dirigere contra bona maioratus.

41 Tertio, ex hoc sequitur maioratam in his terminis esse uti fideiussorem subsidiarium dotis iudicandum, ut colligitur ex Mol. lib. 4. c. 7. & in specie hoc notat Rodriguez annuis redditib. lib. 2. q. 19. n. 15. vers. 1. Quia, & n. 16. ad fin.

42 Etenim natura obligationis & fideiussionis conditionalis est, quod conditione non impleta ad nihilum fideiussor teneatur, Lopus alleg. 119. & cum eo, & alijs Costa Siculo conf. 73. n. 51. & ante purificationem conditionis, nec venit, nec cessit dies similitum fideiussionum, Parisius conf. 171. n. 30. vol. 4. Socin. con. 62. per tot. vol. 2. Costa d. conf. 73. n. 51. & 52. pagin. 425. optimè Manent. decis. 28. nu. 17. cum seqq. qui loquitur in individuo de eo, qui bona

feudalia habet obligata allodialibus deficientibus, quod sit obligatio conditionalis & subsidiaria, & qui ante excussionem petit, nullam habet actionem, & debet à limine iudicij repelli, & sententia est nulla, tanquam prolata ante purificationem conditionis.

43 Quarto, tantum abest quod Marchionis fecerit excussionem in bonis allodialibus Marchionis eius mariti, quod potius cõiecta remaneat de negligentia, & dolo cum tam pingue patrimonium reliquisset, ex quo sibi satisfieri potuit, atque ita est penitus exclusa, ad quod meo videri sunt tres casus distinguendi.

44 Primus est, quando maritus, & maioratus possessor, tempore obligationis habet bona allodialia, in quibus possit sustineri obligatio.

45 Secundus autem, quando allodialia bona alienantur constante matrimonio.

46 Tertius vero, nolter est, quando soluto matrimonio sunt allodialia bona, ex quibus dos possit restitui, & mulier ob negligentiam ea omittit, & dotem non petit.

47 In primo casu certissimi iuris est, quod quando datur facultas ad alienanda maioratus bona allodialibus deficientibus, tunc ad constituendam, vel restituendam dotem, vel ad alium effectum, alienatio est nulla, si tempore quo fit, maioratus possessor bona allodialia possidet, quia alienationis forma defecit, cum fiat contra facultatis Regiæ tenorem, ut allerit Molin. lib. 4. c. 7. n. 5. vers. Ex quibus, Fufar. de substit. q. 531. n. 122. ubi quod in his terminis bona fideicommissi pro dote constituenda alienata possunt per successorem reivindicari, Costa Siculo conf. 89. nu. 7. & 8. Mol. Theol. de iust. p. 3. tom. 3. disp. 653. n. 2. vers. Ex dictis inferit Mol.

48 Secundus est quando bona, quæ habuit maritus tempore contractus matrimonij, eo constante fuerunt alienata, & vxor (cum posset) non reclamavit. In hoc casu est communis multorum sententia, vxorem amittere ius contra maioratus bona, quia fuit in culpa non impediendo alienationem bonorum allodialium, nec petendo in illis assecurationem, & ita colligitur ex Ias. in d. authent. res quæ. C. commun. delegat. col. fin. limir. 14. Menoch. lib. 4. præsumpt. 190. n. 45. & seqq. & aliqua dicit Peregr. de fideicommiss. art. 42. n. 16. & quamvis in fine referat Eugen. conf. 47. n. 7. qui contrarium resoluit, Menoch. d. præsumpt. 190. in addit. ad n. 51. in fin. pag. mihi 27. reprobatur Eugenium, & suis argumentis satisfacit, quæ additio ad id omnino videri debet Fufar. de substit. q. 532. nu. 3. & seqq. ubi refert huius opinionis DD. & n. 30. & conf. 23. nu. 15. eam sequitur.

49 Et quando bona alienata constante matrimonio, sunt apud tertium possessorem, certius est mulierem præiudicari, & non posse recursum habere contra maioratus bona, quia sibi satis consultum est actione hypothecaria, quam habet contra possessorem bonorum al-

alodialium sui mariti, quæ sunt principaliter obligata: & idem tradit Menoch. *cōtra alios lib. 4. de præsumpt. 190. num. 45. & seqq.* vbi latè hoc confirmat.

50 Et melius Rusticus ad l. cum auus lib. 3. c. 4. n. 3 vsq. ad fin. Sforzia de fideicom. ex prohib. alienationis q. 44. art. 4. n. 70. & seqq. n. 76 vers. Et sunt alienata, vbi sequitur eandem distinctionem, Mart. de succes. legali p. 4 q. 21. art. 17. nu. 84. & 85. Auend. in l. 46. Taur. gloss. 9. num. 8. & 9.

51 Et ratio est, quia obligatio maioratus est subsidiaria, & tam necessaria præuia excussio, vt contra bona maioratus procedatur, quod prius debet litigari cum tertijs possessoribus bonorum debitoris principalis, quam cum fideiussore, vt tradit Roman. in l. fin. de reb. credit. n. 2. ad fin. & ibi Iaf. n. 13. vers. Limita ista conclusionem, Hering. de fideiuss. cap. 27. p. 1. n. 204. & in nostra specie in hanc sententiam inclinat Sarmiento lib. 2. selectarum c. 5.

52 Et quando vxor approbat alienationem, tunc cum sit in culpa, & libera bona nõ superfluerint, remanet præiudicata, & recursus non habet ad maioratus bona, vt tradit Petra de fideicom. q. 8. nu. 458. vers. Et pro hoc facit, Menoch. lib. 4. dict. præsumpt. 190. n. 46. ad fin. & melius conf. 1127. n. 21. & seqq. lib. 12. & cum eis Fusar. d. q. 532. n. 13.

53 Et quamuis iste non sit noster casus, attamen prædicta resolutio multum stringit cōtra Marchionisam, quia licet non alienauerit prædicta bona, fuit tamen in culpa, permittens distractionem, antequam dos restitueretur.

54 Tertius casus est, noster scilicet, quando soluto matrimonio sunt bona allodialia mariti, ex quibus dos possit restitui; tunc enim certissimum est vxorem actionem non habere cōtra maioratum, nam sumus in terminis limitationis Regiæ facultatis, & maioratus successor liber remanet, ex eo solū quod verificetur esse bona libera tēpore soluti matrimonij. Ex quibus dos possit solui, vt expressè tenet Molina lib. 4. c. 7. n. 8. ibi: Vt nec valeat obligatio bonorum maioratus facta à principio bonis liberis existentibus, si bona libera prius obligata non fuerint, nec etiam possit ex postfacto fieri excussio in bonis maioratus, si bona libera tempore executionis extēt, Fusar. de substit. q. 531. n. 119. vbi loquitur in terminis constitutionis dotis, quod si ex fructibus maioratus potest constitui, non valet obligatio proprietatis illius, & verum dicit ipse Fusar. q. 532. n. 33. vers. Limitatur tertio, qui loquitur in terminis restitutionis dotis, & quando bona, quæ extant mariti, vendi non possunt, tunc enim mulier tenetur ea in solum accipere secundum æstimationem, & ei recursus contra maioratum non datur, vt in specie tradit Fusar. d. q. 532. n. 43. & 44. vbi dicit, ita obtinuisse per sententias conformes: quibus addi potest Ferrer in constit. hoc nostra 3. tēp. de-

clar. 8. n. 28. 29. & seqq. pag. 604 vbi bene probat beneficium illius constitutionis viduæ nõ cōpetere, si in hæreditate viri remaserunt pecunie, vel alia bona, ex quibus dos exigi possit.

55 Et quod Marchio bona libera reliquisset tempore soluti matrimonij, constat euidenter ex processu.

56 Contra hoc opponitur in contrariū Marchionisam in culpa non fuisse circa bonorum consumptionem, cum statim post mortem viri Monasterium ingressa fuerit. Cui satisfit.

57 Primò, quod Marchionisa inuentariū, & appretium bonorum fecit, & ea vendidit, & etiam transegit debitum Cardinalis Dauila ob 3. qs. marapetitorum, ex quo resultat expressa culpa, vt sibi præiudicet in hypotheca bonorum maioratus, etiam quando ea alienat constante matrimonio, vt sup. n. 48. qui casus difficilior est, & quando vxor recipit æstimationem, & pretium bonorum allodialium, remanet etiā præiudicata ad hoc vt non possit procedere cōtra successorem maioratus, vt expresse resoluit Menoch. conf. 1127. n. 27. & 28. lib. 12.

58 Secundò opponitur, quod cum maioratus sit fideiussor dotis & arrharum, tenetur prædicta credita asscurare, etiā quod creditor in exactione debiti negligens sit, debet enim fideiussor requirere creditorem tempore habili, vt creditum exigat à debitore, ex Theaur. decis. 125. n. 11. qui in contrarium adducitur.

59 Cui satisfit animaduertendo, quod in hac oppositione termini confunduntur, nam Theaur. loquitur de fideiussore puro, qui potest æqualiter, & eodem tempore cum principali cōueniri. At verò maioratus est fideiussor subsidiarius, vt sup. n. 41. & conueniri non potest, nisi facta excussione, vt sup. n. 42. Et sic si principalis debitor sit non soluendo propter negligentiam creditoris, liber remanet subsidiarius fideiussor, & sua negligentia creditori præiudicium affert; & idem est potuisse exigere, quod si cum effectu exegisset.

60 Quam conclusionem ad literam probat l. fin. de rebus creditis, l. si fideiussores in id 42 ff. de fideiussor, & ibi gloss. verbo non temere addit, temere esset si daretur, & in verbo, Vtilem, dicit: Nec dum directam sibi enim imputet, quod agere supersedit, cum soluendo fuit. & Bart. summat illum text. si fideiussor in defectum principalis accipitur, eo existente soluendo fideiussor nõ tenetur: & Albericus adducit pro summatario: Negligentia creditoris non debet præiudicare fideiussori ac cepto in subsidium, & apostillans verba, non temere, addit: Et non sine causa cognitione, vt pote quia magno tempore post finitam curam fuit soluendo: nam hoc casu potest sibi imputari negligentia, quia non exigit: secus si paucis diebus fuisset non soluendo post impletam legitimam ætatem, & Angelus summat text. & dicit: Promittens in defectum principalis non potest conueniri principali existente soluendo, vel si deserit esse soluendo post moram, vbi

verbū, Mora, pro negligentia accipitur, Paul. de Cast. in eod. text. vbi dicit, quòd fideiussor acceptus pro eo quod à principali non poterit exigi, non tenetur, si principalis semel fuit soluendo, & creditor neglexit ab eo exigere, & dicit ad id illū textum esse notabilem, & explicans verba, & post impletam legitimam aetatem, dicit eam esse rationem, quia minor, de quo ibi, durante officio non potuisset illum curatorem conuenire: unde si tunc fuisset effectus non soluendo, posset agere contra fideiussores, qui se obligauerunt in subsidium, cum nihil sibi possit obici: post finitum autem officium potuit ipsum conuenire, unde si neglexit hoc facere, cum ille esset soluendo, si postea desijt esse soluendo, non recuperat à fideiussoribus, quia verba illa: Quod à curatore seruari non possit, intelliguntur, scilicet omni culpa cessante, & negligentia dicti quondam minoris: & subdit Paulus esse notandū ad limitationem, l. decem de verbor. obligat. qua tenus ibi dicitur, quod fideiussor isto modo acceptus in subsidium potest subire periculum, si principalis reperatur nō soluendo, nam debet intelligi, nisi aliquando fuerit soluendo, & creditor neglexit ipsum conuenire, iuxta illū text. Ias. & Dec. in l. fin. de reb. cred. n. 4. ad fin. Surd. cons. 533. n. 8. vol. 4. Riminald. cons. 52. n. 64. lib. 1. Beroio decij. 72. ex n. 10. Manent cons. 86. n. 14. & 15. & decij. 62. vbi resoluit, quòd si creditor, ad cuius instantiam debitoris bona fuerunt sequestrata, sequestro renouet, & ea consumipatiatur, non potest sequentes creditores impetite quominus debitum suum exigant, & num. 4. allegat l. si fideiussores in id.

61 Et post supra relatos, & alios, hęc questionem late discutat Maur. Aretin. de fideiuss. 2. p. principali sect. 10 §. 23 pag. 587. per totā, vbi n. 33. 34. & 35. addit, quòd mora creditoris in recipiendo (cum possit) ei praiudicium affert, vt debitum à fideiussore subsidiario nō possit exigere, etiam quòd non sit monitus, nec requilius à fideiussoribus, quòd excuriat debitorem, eandem resolutionem adducit etiam Petrus Bosius in responso relato post Aretinum in fin. d. §. 23 pag. 595.

62 Et in terminis in nostro casu, quando vxor: quæ dotem potest habere ex bonis alio dialibus mariti, soluto matrimonio, & ob negligentiam omittit, quòd non habeat recursū ad maioratus bona resoluunt Menoch. lib. 4. presumpt. 190. n. 45. & seqq. n. 52. In trigl. de substit. cent. 3. q. 73. n. 391. Pereg. de fideicom. art. 42. n. 72. Rusticus in l. cum auus lib. 3. c. 4. n. 11. Fular. q. 532. n. 30. Giurba plurib. relatis ad consuetud. Messanens. c. 13. gl. 1. n. 22. pag. 686. Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. gl. 1. p. 2. n. 66. & seqq. & clausul. 7. gl. 3. p. 7. n. 27. pag. 703. qui loquitur in terminis cōstitutionis hęc nostra, quæ introducit in beneficium dotium, quòd possit retineri vinculata bona, quousque dos solvatur, & similiter, quòd fructibus vti possit: & limitat quan-

do vxor soluto matrimonio potuit suam dotem exigere ex bonis, quæ maritus reliquit, nam negligentia hęc successorī maioratus non potest praiudicare.

63 Et in terminis terij possessoris rei hypothecæ census subiectæ idem resoluit Felic. de censib. tom. 1. lib. 3. c. 6. sub n. 3. & tom. 2. eodē libro, & capit. n. 2. ad fin. vers. Et ad id pag. mihi 206. Cenc. de censib. p. 2. c. 2. q. 5. art. 9. nu. 64. Muta omnino videndus ad c. Regni Siciliæ, tom. 5. super Bulla de censib. fallentia 27. n. 430. 431. pag. 142. vbi loquitur in terminis censuum, qui in Sicilia constituuntur iuxta Bullam, & Regiam pragmaticam: & resoluit legitimam esse exceptionem pro tertio possessore hypothecæ, creditorem potuisse exigere ex bonis principalis debitoris redditus decursum, ex eo quòd fuerit administrator bonorum debitoris aut haberet alia bona sua præ manibus.

64 Nec habenda est ratio de reliquis dotis bonis, ex quibus cutnulus formatur ad bona libera consumenda: nam hęc consumptio fieri nequit in praiudicium maioratus, quia quando creditori ex duabus causis debetur, solutio semper applicanda est pro grauiori, & duriori debito, l. 1. cum seqq. l. cum ex plurib. ff. de solut. l. 1. C. eod. tit. l. 10. tit. 14. p. 5. vers. Et si peruentura, Rota decij. 113. n. 3. p. 1. diuersorum.

65 Et vnum ex pluribus exemplis, quòd ad ducunt DD est quando debitum habet fideiussorem, tunc enim presumitur solutio facta pro debito, vt fideiussor remaneat liberatus, Bart. in d. l. cum fideiussione, Menoch. lib. 3. presumpt. 136. n. 7. & de arbitrar. casu 493. n. 7. & 8. Rota apud Caualer. decij. 99. nu. 3. 4. & 5. & apud Farinac. decij. 74. n. 1. & per tot. p. 1. in posthum. Maur. Aretin. in tr. et de solutio. c. 9. nu. 9. & 13. Gratian. tom. 2. c. 224. n. 70. vbi cum Gabriele cons. 48. per tot. lib. 2. addit, quòd si pro centum me obligauit, & fideiussorem pro quinquaginta dedi, & soluo quinquaginta, hęc solutio non attribuitur omni debito proportionabiliter, sed illis quinquaginta. in quibus interuenit fideiussor, vt liberetur Rota decij. 113. nu. 8. p. 1. diuers. vbi dicitur, quòd postquam absolutionem simpliciter factam fideiussor liber remansit, per subsequenter declarationem ius adquisitum auferri non potest.

66 Potest etiam Marchionisæ a tera impunitari culpa in venditione patrimonij tantæ quantitatis pecunia credita, cum facere non possit in praiudicium maioratus ex his, quæ notat Mantica de tacit. conuent. lib. 4. tit. 21. nu. 2. Secundo debet intelligi, præcipue cum bona venderentur homini non idoneo, nec sufficienti ad solutionem tantæ quantitatis, vt per Mant. d. tit. 21. n. 2. vers. Secundo debet restringi.

67 Et quòd dicitur in contrarium, debitoris debitorem solum posse cōueniri, tribus requisitis interuenientibus, locum non habet, quando creditor hypothecarius est, tunc enim

in sui fauorem habet actionē vtilē super nomine debitoris suo debitori debito, per l. *no-men, C. quæ res pignori*, cuius virtute directē creditor petere potest à debitorē sui debitoris, absque aliqua cessione, vt tradit *Surd. conf. 4.*

68 Et quando necessaria fuisset executio contra effectus debitos Marchioni, hoc facere debebat Marchionis, vt contra maioratus bona procederet, vt in casu difficiliori probatum fuit supra.

69 Et in terminis hanc quæstionem resoluit *Molina lib. 4. c. 7. n. 17.* qui loquitur quando bona libera possessoris maioratus habent creditores, quibus anterior est creditor cum facultate, & quamuis *num. 19. 20. 21. & 29.* & in alijs de hac dubitet conclusionē, & dicat continere æquitatē, quod creditor habens facultatem, suam actionem dirigat contra bona maioratus, bonis liberis creditoribus non habentibus facultatē relicta: & quāuis hanc opinionem sequantur *Annelus Amatus conf. 95. n. 10. 11. Manent. decis. 62. n. 5. Riccio p. 7. collectan. 2498.* & allegatio *Nouarij* ibi inserta, *Hodierna ad Surd. decis. 44. Nouar. decis. 5.*

70 Contraria opinio certior est in maioratus fauorem, vt creditor, qui facultatem habet, debeat se opponere creditoribus eam nō habentibus, vt creditum exigere possit, & maioratus liber remaneat, vt tradit *Sarmiento lib. 7. selectarum cap. 5. Auendañ. ad l. 46. Tur. glos. 9. num. 9. vsque ad 12. Molin. Theolog. de iustit. & iur. tom. 3. disputat. 633. num. 6. & 7. Azeued. conf. 38. num. 27. vers. Quartus & vltimus casus, & num. 28. vers. Aliam verò, & contrariam, & num. 29. & 30. Franch. decisione 319. vbi dicit contra *Molin* fuisse in facti contingentia decisum, & nouissimè *Castillo tom. 4. cap. 26. num. 29. 30. & 31.* vbi dicit ita fuisse decisum *Leon. decis. Valentia 176. tom. 2. Ciriac. tom. 2. controuers. 328.* vbi sequitur *Frāchis*, reprobato *Molina*, *Cutei decis. 13. & n. 15. versic. Altera dubitatio*, vbi quæstione latè disputata, dicit veriore opinionem esse contra *Molinam*, & dixi allegat. 4. num. 39. pagin. 41. Et hæc opinio praxi recepta est, nititur enim verbis, & natura Regiarum facultatum, quæ nihil operantur contra bona maioratus bonis liberis existentibus: opinio verò *Molinæ*, & aliorum procedit ex quadam æquitate, & sine iure, & ratione: & *DD. exteri*, qui eam*

sequuntur, fortassè loquuntur iuxta statuta illarum patriū, quæ fortassis disponunt, quod quando feudum obligatur cum assensu principalis, obligatio in eo consistat, & non in bonis liberis.

TERTIA EXCEPTIO.

Super interesse.

71 **R**euocanda est etiam sententia *Supremi Inquisitionis Senatus* quoad interesse dotis, & arrharum, quia cum fors principalis non debeat, maiori ratione interesse non debet.

72 Et non est necessarium disputare quæstionem, de qua supra allegat. 17. ex n. 27. cum sequentibus, vtrum scilicet facultas Regia ad obliganda bona maioratus pro dotis restitutione comprehendat dotis interesse, & redditus: in qua affirmatiuam sententiam prouerbiore probavi, & sequutus fui, & limitatio ibi adducta, circa vxoris negligentiam in dotis exactione, mirè huic articulo conuenit, & adaptatur.

73 Et ita per sententiam reuisionis *Supremi Castellæ Senatus* determinauit ad fauorem *Marchionis de Loriana*, cum absolute nōdo à petitione executorum testamenti *Marchionisæ* quondam patri vxoris.

Ex quibus finem (vtinam fœlicem) accipit hic primus allegat. tomus, meatum iucu brationum primus partus, ad laudem *Sanc. Iustitiæ*, & indiuiduæ *Trinitatis*, *Patris*, & *Filij*, & *Spiritus Sancti*, & *Beatissimæ Deiparæ Mariæ Virginis de la Soledad*, *Sanc. Petri & Pauli*, *Sanc. Francisci*, *Sanc. Antonij de Padua*, *Sanc. Antonij Abbaris*, *Sanc. Francisci de Paula*, *Sanc. Ursulæ*, & *sociarum*, & cæterorum *Curie cœlestis Beatorum*, quorum auxilium inuocaui, & inuoco in omnibus meis actibus, & dicta in his allegationibus libentissimè submitto censuræ, & correctioni *Sanc. Matris Ecclesiæ*, & illius *Sanc. Iustissimi Præsulis*.

Nec non inuidissimi, & magni nostri *Catholici Monarchæ Philippi IV. Hispaniarum Regis*, & eius *Ministrorum*, & *Protector* de eius *Regalis*, & *privilegijs* nunquam dubitasse.

FINIS.